mus sibi eam facultatem, vt possit villam nostram Czuczkow
in districtu Trembowliensi extantem, et nuper anno prese-
rior per Tartaros terras illas peragrantes exustam atq;
desolatam, ac morte Generosi olim Christophori Mnyszko-
wsky vitecapitanei Trembowliensis, ad nos dispositionem
nostram denolutam denuo locare et ad pristinam códitio-
nem deducere: vti quidem damus ac cócedimus presentib9
litteris nostris, cum Diuersis et singulis attinentiis, pertinen-
tiis, nullis penitg exceptis, ea longitudine, latitudine et
circu-

ciroñferitia, qñ adhuc à longo tempore ꝑdicta villa Czug-
kow in suis limitibꝫ cõtinebatur; omnibusꝫ vtilitatibus, fru-
ctibꝫ et prouentibus, quæ cũque in fundo præfatæ villæ nũ
sunt, aut in posterũ quauis humana industria produci et
excogitari possũt: Cum omni etiam iure, dominio et proprie-
tate, tenendam, habendam, vtifruendam, pacificẽꝫ ad extre-
ma vitæ suæ tempora possidendam. Promittimusꝫ verbo no-
stro regio pro nobis et Serenissimis successoribus nostris,
quòd vita ipsius Generosi Georgii sterus durãte, nullo pra-
textu aut exquisito colore à possessione dictæ villæ Czug-
kow ipsum amouebimus, nec Serenissimi successores nostri amo-
uebũt; sed tam nos quàm successores nostri in pacifica
possessione dictæ villæ Czugkow ipsum cõseruabimus et
tuebimur successoresꝫ nostri cõseruabũt et tuebũtur.
De qua quidem villa non prius nobis quartã partem pro-
ventuum iuxta constitutiones Regni, soluere tenebitur
eritꝫ astrictꝫ, quàm ipsa villa denuo colonis locata,
et ad suam cõditionem deducta fuerit. In cuius testimo-
nio litterarũ quibus sigillũ nostrũ est subappensum Datꝫ
Cracouiæ in Conuctu Regni generali Coronationis nostræ
die XVII Mensis Maii Anno Dñi 1576 Regni verò no-
stri Anno Primo

Stephanus Rex ſſtꝫ.

Tribunatus Parczouiensis

v.p.

morte et obitu Generosi olim Joannis Casimiri
Mins vltimi et immediati possessoris vacans
datus est Generoso Petro Zwolinſkj de Zwo-
linna; cuiꝫ de re littera sũt eidem data
in forma Cancellariæ cõsueta. Cracouiæ
in Conuctu Coronationis die Mensis
Maii Anno Dñi 1576

v.p. Tribunatus Lomzensis uacans per emotionem ad Capitaneatum Lomzensem Generosi Joannis Konieczky Serenissimæ Reginæ Lo-
lonia Curiæ Magistri, collatus est Generoso Joani
Wierzbicky de Begrzyce; cui desuper littera sú
datæ in forma Cancellariæ ysitata. Cracouiæ
in Conventu Coronationis. Die XXiiii Mensis
Maii Anno Dñi 1576.

Consensus Georgii Alberti
Czaglicwski aliás korbowski
ad Reædificandam villam Schycnicze
sniæ Jakowlic supra fluuium Row
in Districtu Barensi, vna cum adiu-
talitate.

v.p. Stephanus Dei gratia Rex Lolonia &c. Significamꝰ
præsentibus litteris nostris quorú interest vniuersis &c
Singulis. Quia vacante villa nostra Schycnicze sniæ Ja-
kowlic appellata in districtu Barensi supra fluuium
Row sita, paucis ante annis nouiter locarj cæpta, nec
dum ad perfectionẽ perducta, post mortem et obitum
nobilis olim Mathiæ Grotth, illiꝰ vltimi et immediati pos-
sessoris et tenutarij, Nos cõmendatam habẽtes, cõplurium
cõsiliariorum nostrorũ testimonio, singularẽ fidem et
merita Nobilis Georgii Alberti Czaglicwsky alias Kor-
bowsky, noua arcis nostræ Barensis Notarii, per ipsum eũ
in ædificãda illa arce, tum multis etiam aliis argumẽtis
abũdẽ declaratã, qui etiam nũc de nobis, atque adeò reph.
regni nostri benemereri non indesinit, Volentes itaqꝫ eum
nobis tanto alacriorem reddere, permittẽdum et consen-
tiendũ ipsi duximus, vti quidem permittimus et cõsen-
timus.

timus per praesentes, successores supranominati Matthiae Groth
et quosvis alios nos et interesse aliquod seu ad dictam villã
habere putantes, quorũ nomina et cognomina praesentibus volu-
mus haberi expressa, summa pecuniaria iuste et legitimè in
vadẽ villa inscripta, citra tamen augmẽtum et excessum illig
exhmere: per ipsum eãdem villam, cum omni iure, dominio et
proprietate, cumq; omnibg et singulis, vtilitatibus, fructibg,
reditibus, et vniuersis obuẽtionibus, ad eãdem villam quo-
modolibet pertinẽtibus, tenẽdam, habẽdam, vtifruendam
et possidẽdam, ad extrema ipsius vitae tempora. Remitten-
tes verbo nostro Regio pro nobis et Sereniss̃imis Success-
soribus nostris, nuncupandos et Sereniss̃imos Successores
nostros, cuiuscunq; statũs, cõditionis et praeminentiae
existenti, consensum ad exemẽdum ipsum esse daturos, nec
nos ipsi eãdem pro fisco, mẽsa, cognina, aut alia nostra et
Reipublicae necessitate eximpturi, sed eãdem in
pacifica et quieta illius possessione ac integro Vsufru-
ctu fruendam relicturi et cõservaturi quoad vita superv-
stes erit. Mortuo tamen eo, tunc demũ vadẽ villa, ad
nos et Sereniss̃os successores nros pleno iure redibit et
devolvetur. Quigitur Nobilis Georgius Albertus Kor-
borssky, in Sacrẽdo cõstitutionibg Regni nostri publicis,
ration cõcessa sibi per nos praesentis admitalitatis,
quartam partem summae pecuniariae iuste et legitimi
in dicta villa inscripta nobis et ad fiscũ nostrũ dimisit
et condonauit prout dimittit et cõdonat per praesen-
tes. In cuius rei testimoniũ sigillũ regni nostri praesen-
tibg est subappẽsum. Datũ Cracoviae in Comitia felicis Co-
ronationis nostrae Die XXV Mensis Maii Anno Do-
mini 1576 Regni vero nostri Anno Primo.

Stephanus REX mp.

Capitancatus Lomzensis Joan: ni konieczki

v.p. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus
præsentibus litteris nostris quorum interest omnes et
singulos. Quia vacante Capitaniatu nostro Lomzensi,
post mortem et obitum Generosi olim Nicolai Trostinski
eiusdem Capitanei vltimi et immediati possessoris
commendatam plane et prospectam habentes Generosi Joan-
nis Konieczki Serenissimæ Annæ Reginæ Poloniæ conui-
gis nostræ Sanctissimæ Curiæ Magistri, Nurensisq; et ostro-
uiensis Tenutarii, fidem, virtutem, et constantiam, magna-
que et præclara merita, cum Serenissimæ coniugi nostræ
à multis annis summa fide, mentis promptitudine et
alacritate præstita, tum etiam nobis ipsis hoc initio
regiminis nostri abunde declarata; Eam itaque cupien-
tes nostræ gratiæ regiæ testimoniis exornare: prædicti
Capitaniatus Lomzensem, modo supradicto vacantem,
ipsi dandum et conferendum esse duximus: prout damus
et conferimus per præsentes: per ipsum cum omni iure,
dominio et proprietate, ac iurisdictione de iure et con-
suetudine ad Capitaneos pertinente: cum ipsa civita-
tibus et oppidis, vgt Lomza, Colno, Nowogrod, Zem-
browo, ac villis et prædiis, molendinis, stagnis, flu-
miis, fluminibus, sylvis, borris, et generaliter vniuer-
sis commodis et vtilitatibus, ad eundem Capitaneatum
quomodolibet antiquitus de iure et consuetudine per-
tinentibus, nullis penitus exceptis, tenendum, haben-
dum, vtifruendum et possidendum ad extrema ipsius
vitæ tempora, vel alterius officii iurisdictionem Ca-
strensem habentis, assequutionem. Annectentes et
adiungentes ex nunc per præsentes eidem, quicquid

co vi-

co vniuersi ex redemptis et alienatis, ab eodem Capita-
neatu, liberis et nullis pecuniarum summis onneratis bonis,
antiquitus ad eum pertinentibus, personis quibuscúque
per Sereniss.os antecessores nostros iure et modo quo-
cúque cócessis, vacaturit, id idem Generosus Joánes
Koniczky Capitaneus Lomzensis, vná cum vniuerso Capita-
neatu, pro nobis et mensa nostra C. Aduocatiis et mo-
dinis tangná Specialibus Legibus circumscriptis, qua
exemptioni subiacent, exceptis Detineat et possideat,
teneriq3 et possidere valebit praesentium vigore, etiam nó
habitis a nobis neque expeditis aliis litteris. Vigore co
ampliorem nostram erga se idem supranominatus Gene-
sus Joánes Koniczky Sereniss.e cóiugis nostrae Curiae magi-
ster noscat gratiam; promittimus verbo nostro Regio, pro nobis
et Sereniss.is Successoribq nostris. quòd quámdiu vita Superi-
stes erit, eum nos in possessione et integro vsufructu vniuersi eius
dem Capitaneatus Lomzensis cóseruabimus, nec quicquá ab
eo in parte vel in toto alienabimus, aut cuipiam alteri cófe-
remus; Sereniss.imiq3 Successores nostri cóseruabúnt, et ab eo
nihil alienabúnt vita illius durante. Ex eiusq3 Capita-
neatus prouentibus ad thesaurú nostrú et Reipublicae, mixta
ordinatione Sereniss.i Henrici Regis, respondere et rationem
facere tenebitur. Quod ad vniuersorú, cuiusq3 status, có-
ditionis et eminentiae, praesertim illi Capitaneatui subie-
ctorú hominú, subditorú nostrorú tam nobilis quàm plebeiae
códitionis, in dubitatam notitiá deducere mandamus, vt vi-
delicet Generosus Joánes Koniczky tangná vero et legitimo Capitanio
Lomzensi, districtuq3 ei anne xorá, nempe Colnensi, Nouogro-
densi, Ostrolecen et Zembrowien, in omnibus ad eius officiú

de iure et consuetudine pertinentibus respondeat, more gerant, et debitum honorem impendat. In harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio litterarum. Datum in Comitatu sacris Coronationis nostræ die Mensis Maii. Anno Dni 1576 Regni vero nostri Anno primo

Oppidum Tissowcze Ioanni Lasco Succamerario Belsensi

v.p. STephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus præsentibus litteris nostris, quorumcunque est uniuersis et singulis harum notitiam habiturris. Quia cum nobis commendata esset fides et obseruantia singularis erga nos Generosi Joannis Lasci Succamerarii Belsensis, ipsi ex gratia ac benignitate nostra Regia, ad intercessionem Magnifici Joannis Zamoyski Regni nostri Vicecancellarij et Capitanei Belsensis, Regni nostri Zamoscensisque, ac de ipsius consensu speciali, oppidum nostrum in districtu et Capitaneatu Belsensi situm ad eundem Capitaneatum pertinens Tyszowce dictum, in cuius possessione hactenus extitit, dandum, donandum, ac conferendum esse duximus prout præsentibus litteris nostris damus, donamus ac conferimus; per ipsum Joannem Laszcz habendum, tenendum, pacifice et quiete possidendum, ad extrema usque sua vitæ tempora, cum omnibus villis, prædiis, bonis, dicto oppido adiunctis et annexis. Promittentes verbo nostro Regio pro nobis et Serenissimis successoribus nostris, quod ipsum Joannem Laszcz, quamdiu superstes fuerit, a possessione pacifica liberoque usufructu oppidi prædicti non amouebimus neque Serenissimi successores nostri amouebunt, quamuis id aliquis vel noster vel reipublicæ usus ac necessitas postulauerit

meritis nec cuiqua hominu, status et conditionis cuiuscunq; consensum adimendum idem oppidu dabimus nec Serenissimi successores nostri dabit; imo eundem Generosum Joannem Laski in pacifico et quieto usu ac possessione, ad extrema ipsius vitæ tempora conservabimus et Serenissimi successores nostri conservabut. Ratione cuius oppidi bonorugz ipsius, dictus Joannes Laski nobis et fisco nostro, secundum ordinatione Serenissimi domini Henrici Regis, antecessoris nostri quotannis respondere et rationem reddere tenebitur ac debebit. Mortuo vero dicto Joanne Laski, idem oppidum Tisiorugz ad nos pleno iure redibit. Juribus nostris regalibus in toto ibidem semper salvis ac integris permanentibus. In cuius rei fidem, præsentes litteras manu propria subscripsimus et sigilli nostri appensione communiri iussimus. Datæ Cracoviæ in Comitiis Coronationis nostræ generalibus Die XXV. Mensis Maii Anno Dñi 1575 Regni vero nostri Primo.

Stephanus Rex subscripsit.

Consensus ad exemendam pensionem frumentariam Monasterii Lubinensis Ioanni Grabowiczky vna cum Adnotatione.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus tenore præsentium nostrarum quorum interest universis et singulis. Quod nobis divina favente clementia, gubernacula huius regni feliciter auspicantibus, cum certi consiliarii nostri commendassent fidemque præclara in Rempublicam Generosi olim Gabrielis Grabowiczky Capitanei Alta-

uensis et Tribuni Lomzensis merita, cum in aulis Stremissimorum
antecessorum nostrorum Regum Poloniæ, tum in obeundis negotiis
tibus et gravibus, magno cum Regni et Reipublicæ fructu,
apud externos principes legationibus, abunde declarata,
simulque à nobis petiissent, vt nobili Joanni Grabowniczky
illius filio natu grandiori, paternorum meritorum respectu,
consensum nostrum regium ad eximendum cateros illius succes-
sores, et quosuis alios nus aliquod et interesse habentes ad
summam pecuniariam, in et super tributo nostro seu pensione
fructaria ex villis seu bonis monasterii Zubinensis, anti-
quitus ad mensam regiam pendi solita inscripta; vel ad
faciendam apud quoduis in dictum seu officium Regni no-
stri terrestre suis castrense, meris super eadem summam Sa-
biti, cessionem seu transfusionem, dare et præstare dignare-
mur. Nos Suis modi petitionibus Consiliariorum nostrorum tan-
quam iuste iuriqz et rationi consona, benigne annuentes,
eidem Nobili Joanni Grabowniczky consentiendum et permitti-
dum duximus, prout consentimus et permittimus per præsentes,
vt dictam pensionem fructuariam sic, sine maldrij lin-
gua polonica vocatam, ex bonis seu villis prædicti monasterii
Zubinensis ad mensam nostram Regiam, antiquitus de iure
et consuetudine pertinentem, summa pecuniaria iuste et le-
gitime in eadem pensione inscripta, citra tamen augmentum
et excessum eiusdem summæ, exemat; aut saltem cessionem
suis transfusionem meris super eadem pensionem ab inten-
esse habentibus ad officium seu in dictum quodcunque
Regni nostri terrestre vel castrense obtineat, hocqz facto
eadem dictam pensionem fructuariam, cuiuscunque generis
et gramina illa sit, cum omni iure, dominio et proprietate,
cumqz omnibus et singulis ad eandem pensionem de iure et
consuetudine pertinentibus, habeat, teneat, habeat, vtifruatur, et

possi-

possideat ad extrema vitæ suæ tempora. Vtq; eo vberio-
rem causæ nostræ, erga se idem Nobilis Joannes Graborowsky
experiatur gratiam, ac vtilissim ipse studeat de nobis eò ala-
cris benemereri; promittimus verbo nostro regio, pro nobis et
Sereniss. successoribus nostris; quòd quamdiu idem Nobilis
Joannes Graborowsky, vita superstes erit, ipsum nos, nemini ex
subditis nostris, cuiuscunq; status et conditionis existentibus,
ex eadem frumentaria pensione exemere permittemus; quin
nec nos ipsi, pro mensa, fisco, stabulo, aut alia quavis nostra aut
Reipublicæ necessitate exememus, sed eundem in pacifica et
quieta illius possessione integroq; usufructu conservabimus, et
Sereniss. successores nostri conservabunt, vita illius durante.
Mortuo autem eo, tunc demum pensio eadem frumentaria ad
nos et fiscum nostrum, restituta prius ipsius successoribus, per
nos aut Sereniss. successores nros. quæ in ea restabit
summa pecuniaria, redibit et devolvetur plene nec. Ratio-
ne cuiusquidem præsentis admissionis per nos sibi concessæ, dictus Nobilis Joannes Graborowsky, in sanctis constitu-
tionibus regni nostri publicis, quartam partem summæ pecu-
niariæ, in eadem pensione iuste et legitime inscriptæ, no-
bis et ad fiscum nostrum dimisit et condonavit, dimittitq;
et condonat per præsentes. In cuius rei testimonium sigil-
lum nostrum præsentibus est subimpressum. Datum Cracoviæ
in Conventu felicis Coronationis nostræ. Die
Mensis Maii Anno Dni 1576 Regni vero nri primo.

Castellanatus Zacrocimen
Petro Graiewski Capitaneo
Visnensi.

vp. Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c Significamus tenore
litterarum nostrarum quorum interest vniuersis et singulis. Quod ex
commendatione et testimoniis multorum Senatorum aliorumq3 opti-
morum virorum perspeximus, non tantum vite integritatem,
verumetiam singularem industriam ac merita, in aula Serenis-
simorum Regum antecessorum nostrorum, ab ineunte etate magna
cum sua laude prestita; tum vero summam fidem, studium
ac operam egregiam, Reipublice, sub anteactis tempori-
bus interregni nuetam, Generosi Petri Gratiowski Castellani
Visnen, idq3 potissimum in libertate patrie tuenda et conser-
uanda; vis decanssis eundem Petrum Gratiowski ampliori gra-
du honoris ornandum numeroq3 Senatorum Regni assciendum
duximus. Castellanatum itaq3 Zacrocimensem, morte Generosi
Joannis Kostka de Rostkow, vltimi et immediati eius Ca-
stellanatus possessoris vacantem, prefato Generoso Petro Gra-
tiowski damus et conferimus, numeroq3 ac ordini aliorum
Senatorum ascribimus, cum omnibus prarogatiuis, totoq3
iure, dominio, proprietate, fructibus, prouentibus, reditibq.
et obuentionibus vniuersis, ad predictum Castellanatum
Zacrocimensem de iure et antiqua consuetudine spectan-
tibus et pertinentibus; tenendum, habendum, vtifruendum, pa-
ciscendq3 et quiete possidendum, ad extrema vsq3 vita illius
tempora vel ad maioris dignitatis assecutionem. Quod ad
vniuersorum quorum interest, presertim vero dignitariorum
et officialium ac cuncta nobilitatis terre Zacrocimensis,
denunciantes mandamus, vt predicto Generoso Petro Gra-
tiowski pro vero et legitimo Castellano Zacrocimensi ha-
bentes et agnoscentes, eidem de moribus, prarogatiuis, loco
et quibusuis obuentionibus ad eundem Castellanatum de
iure et consuetudine pertinentibus, respondeatis et respon-
deri

deri curetis, ac eidem debitum honorem et reuerentiam exhibeatis. Et harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum Cracouie in Comitu fabricis Coronationis nostre die Mensis Maii Anno dni 1576 Regni nostri primo.

Condemnatio in contumaciam Ioannis Miskowski ex vi citationis sac Regie mtis ad instantiam tutorum Nicolai Myszkowski fratris sui germani

vig. Generosi et Nobiles Stanislaus Czykowski de Woyslawice Succamerarius terre Cracouiensis. Baltasar Lorembski de Loremba et m Grodziecz. Stanislaus Goslawski de Zaliszie Sarides. Nobilis Nicolaj Myszkowski de Miron Tutoris seu curatores, actores. In termino de die no, de mer ex vi ordinationis comitus generalis regni Andreiouiensis peremptorio ex citatione litterali regali, instigatibus quoque diligenter terrarum Nuncijs, ex delatione pfatorum actorum, Nobilem Joannem Myszkowski, filium olim Generosi Joannis Myszkowski de Miron Castellani Osprucimiensis, citatum, per ministerialem terrestrem Cracouiensem promidum Lauritium Skorronecki semel, bis, ter et vltra formam mris quater clamatum, et nec per se, nec per plenipotentem sum comparentem, seqz iustificare non curantem, prout idem Ministerialis ius restituens coram iudicio Sue Regie Mtis recognouit, in suo lucro pro toto ex admissione Sue Mtis Regie condemnauerunt, in xta c.

tenta citationis suæ præfata litteralis regalis, cuius tenor talis est. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ magnæ etc. necnon princeps Transylvaniæ. Tibi Nobili Joanni Myszkowszky filio olim Generosi Joannis Myszkowszky de Mirow Castellani Osztrzycimensis, bonorum Dankowicze et Beszkowa Sarecki, de Sis ac aliis omnibus bonis tuis, nobilibus ac inmobilibus ubilibet et quorcunque in regno nostro per te habitis et possessis, mandamus; quatenus coram nobis et consiliariis nostris, lateri nostro pro tunc assidentibus, Cracoviæ in conventione generali coronationis nostræ, aut ubi pro tunc cum curia nostra feliciter constituti fuerimus, feria secunda post Dominicam Cantate, nunc instans proxima alias vigesima prima die mensis, ad instantiam Generosorum Stanislai Czyszkowszky de Wojslawicze Succamerarii terræ Cracoviensis, Balthasaris Lorambszky de Lorramba et in Grochowicz Stanislaj Goslawszky de Zaleszie Swiedum, vel quemlibet illorum tutorum suorum curatorum Nobilis Nicolaj Myszkowszky, filii olim Generosi Joannis Myszkowszky de Mirow Castellani Osztrzyczyensis, fratris tui germani, ex vi tutoriæ suæ curatoriæ certæ, per Regiam Mtem Serenissimam tuorum olim Poloniæ Regem, ob non compositam rationis et tuæ cupiditatem extorquendi bona prætacti fratris tui germani et aliarum certarum censuum data et assignata, personaliter, legitime et peremptorie compareas: quite insuper constitutioni Andrioviensi, pro violentia et invasione per te ut infra descriptum esse, perpetrata cuilibet, vigore pro eo. Quia tu cum certis tuis coadunatoribus omnibus impossessionatis, manu armata et hostili, existens ad hoc data opera bene instructus violenter irruisti et supervenisti feria tertia, ante festum

sanctorum

sanctorū trium Regum proxime ꝓterita, super Nobilem Nicolaum
Mÿſſkowſky fratrem tuū germanum, non compotem rationis, nec
sui ꝯpotis, imo in tutoria seu curatoria ꝓdictorū Actorū exiſtē-
ex bonis woÿſtawige hereditariis, cum ſcrnitoribꝫ Genero-ſi
ſtawſkij Cÿÿkowſky Succamerarii terre Cracouienſis, in ve-ſi-
enlis versus Cracouiam tunc temporis proficiſcētem, ac ei-dē
Nicolao fratri suo et ſcrnitoribꝫ ꝓdicti Generoſi Succamera-
rii terre Cracouienſis, viam liberam regalem et publicam prope
Cracouiam in loco certo, ads na Błonie, inter tabernā dictam
Kamienna ex vna et ciuitatem Cracouienſem ex altera partibus sibi violenter obſedisti, ads ꝫſtampileß: ibidemꝫ cū-dē
fratrē tuū violenter ex prefatis veſtibulis recepisti et caſti-
nasti, in currūꝫ tuum, iam antea parati impoſuiſti, simul-
lumꝫ reſpectum ad propriū ſanguinem habēdo, ſe ad te ex ea
ꝛniditate et cupiditate tua, bona ipſius hereditaria occupares
et sibi vendicares, memoratū Nicolaū Mÿſſkowſky fratrē tuum,
veloci curſu oſtruꝫÿniam, ad Acta Caſtrēſia oſtruꝫÿnieſia
feria quarta ante feſtū ſanctorū trium Regum iam proximè pra-
terita adduxiſti; vt vūt tibi ſua omnia bona hereditaria, vil-
lam Jam ſowize, ac alia mobilia et immobilia, deuolutionesꝫue
omnes, aſſertis quibuſdam inſcriptionibus perpetuè inſcriberet
et a ſe in perſonā tuam alienaret, prout inſcripſit et alie-
nauit, quod in xta ius cōmune minime facere potuit. Quapro-
pter citat te ipſa pars actorea, vt ipſum Nicolaū Mÿſſkow-
ſkÿ fratrē tuū germanū, in hoc loco iuri communi, ac aequi-
tati ſanctaꝫ iuſtitiæ videl parti actoreæ, coram Mtē
ſnra et cōſiliariis noſtris ſtaturus. Ad videndumꝫ it audi-
endū, ꝓfatam alienationem et inſcriptionē Caſtrēſem oſtruꝫ-
ÿniēſem aſſertam, bonorū prafatorū in perſonam tuam fa-
ctam, tanquā iniuſtam, decreto noſtro mediante caſſari, et

m̃ nisi dum rex dign; mi Silvinus tamẽ ipsa pars actorea nisi per, vt sibi aual m
gro te cõdemnet, m̃ casu non comparitionis tuæ, pensat sibi cõtra te
ad cõtum millia marcarum pecuniæ polonicalis monetæ et numeri m
regno currentis et totidem dam̃i vel pront nos cum cõsiliariis no-
stris decreuerimus, et pront tibi omnia p̃missa et singula latius
m̃ termino aducmenti declarabũtur, iudicialiter responsurus. Da-
tum Cracouiæ die sabbato post festum sanctorũ Philippi et Ja-
cobi proximo Anno domini Millesimo quingentesimo Septuagesi-
sexto. Super quam cõdemnationem m̃ lucro memoriale iudicio
regali est solutum. Actum m̃ curia regali Cracouiensi; coram
m̃ dicto Sal Mtis Regia feria secũda post dominicam Canta-
te proxima. Anno domini Millesimo, quingẽtesimo Septuagesi-
sexto. Balthasar Lutomirscij de Odelmiza Capitaneus
Siradiensis, per Sal. Regiam Mtem ad actum causæ præsentis
subdelegatus Notarius manu propria ſſ. Cui quidem Supplica-
cationi, vti iusta non abnuẽtes, Actum cum̃ libros Cancella-
riæ nostræ referre, ac ex eisdem autentice extrahi mãda-
mus. In cuius rei testimonium, Sigillum nostrũ præsentibus est
subimpressum. Datæ Cracouiæ in Conuẽtu Regni generali Coro-
nationis nostræ Die 27. Mensis Maii Anno Domini 1576.
Regni vero nostri Primo.

Actio Magci Joannis Zamoscij
Regni Poloniæ Vicecancellarij
Belsen. Iudicis Generalis Capitanei.

Principalis ad præ-
dictum Fundum vocati

Exhibitas esse coram nobis, nomine Illustrium Stanislai
Ejusdem de Wojslawice Succamerarii terræ Cracouiensis.
Balthasaris Lorembski de Lorymba Stanislai Joslawski
de Zaleszcze, tutorum seu curatorum Nobilis Nicolai Illi Slawski
de Mirow, Actum in Curia nostra Regali Cracouiensi, coram
nobis dicto nostro 1. feria secũda post dominicam Cantate proxima
Anno præsenti factum; et manu propria Magci Balthasaris
Luto-

Lutomierſky de Oſelmirza Capitanei Siradienſis, ad actum Cauſe infraſcriptæ Notarij per nos ſubdelegati, ſuſſlicatúq; fuiſſe nobis, vt cum ipſum actum, in acta Cancellariæ nrã inſcribi, ac ex eiſdem autenticè ſibi extradi mãdare dignaremur. Cuius quidem actus ſerijs eſt iſta. quæ ſequitur. Et Eneroſi et Nobiles. vt ſupra.

Martinus et Raphael Liczkowie bona infraſcripta arendant ad uiginti annorum decurſum Martino Liczko Præpoſito Tarnouiensi patruo ſuo

vig. STephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus præſentibus litteris noſtris, ad quos peruenerint vniuerſis. Quod coram Mte noſtra Regia, comparentes perſonaliter, Nobilis Martinus et Raphael Lyczkowie, olim Nobilis Raphaelis Lyczkowie de Mala et Smarzowa Sarcdis filii. Villarum Krzyſzkowice Szczepanowice, Polanowice, et ſortium in eccleſij et Marſzowice, necnon Krokoszyn et ſortis in Liſſij, in terra Crac. ſitarũ tenutarij, annos legitimæ ætatis ſuæ habentes. Recreditos à iuribus, iuriſdictionibus, terris et diſtrictibus ſuis aliis quibuſuis proprijs, et ſic præſenti iuriſdictioni in toto incorporan, liberè, publicè et per expreſſũ recognouerũt. Quia ipſi ratione habentes ad amorem Rndi Martini Lyczko Præpoſiti Tarnouienſis patrui ſui legitimi, qui illis in educationis corũ ſonceſſa bonorumq; paternorum auctionem et cõſeruationem integra, à morte olim Parentis ſui, in Sacterus præſtitit, compenſan: idem fratres, ipſius tale beneficium erga ſe collatum, eidem prænominato Rndo Martino Lyczko patruo ſuo, bona eadem ſupraſcripta, tenutæ ſua. ab

eodem patruo suo sibi antea codescensa, summa pecuniarum
omerata: necnon vsum fructum et possessionem sumarum pe-
cuniarum, per quascunque personas in dictis bonis et villis
Krzij Sowice, Szczanowice, Polanowice, et sortum in Czer-
bij et Marszowice ac etiam Cholocznn et sorte in Liaszki
inscriptarum et obligatarum, sibique Martino et Raphaeli
Lizkom, per predictum patrem in Actis Castrensibus Cra-
couiensibus plenarie codestcsarum: cum eodem omni iure, do-
minio et proprietate, omnibusq; et singulis dictorum bo-
norum obligatorum, ac summarum ibidem obligatarum, vtili-
tatibus, fructibus, prouentibus, redditibus et obuentionibus
vniuersis: ita prout soli iidem fratres eadem bona obligata
tenebant, habebat, vtifruebatur et possidebat, sibi pro se
et suis posteris iuris, dominii et proprietatis ac quorumuis
aliorum fructuum et vtilitatum in predictis bonis et villis tenuta
sua reseruando seu excipiendo: ad viginti annorum ab hinc
proximi seu sequentium, pro certa pecuniarum summa ar-
dauerunt et modo arcta inscripserunt coniunctimq;. Et
qua arcta bonorum seu summ pro ams predictis prouentibus
iidem fratres Lizkowie, prenominatum Martinum Lizko pa-
trem suum, perpetuo quitauerunt et quitant presenti-
bus. Quodsi prenominata bona omnia obligata vel pars
eorum per Sarcles ipsorum bonorum durante eadem arcta ex-
pta fuerint, extunc predictus Martinus et Raphael
Lizkowie fratres, presenti recognitione sua, dant et
condunt plenam potestatem prenominato Martino Lizko,
summam pecuniarum sibi in dictis bonis seruientem, tempo-
re exemptionis earum per Sarcles fiendae, tollere, et de
eadem nomine suo Sarcles bonorum perpetuo quitare. Ita

vero

vero summam seu summas pecuniarú acceptas, rursus ad alia bona
terrestria in Regno tradere, inscriptionemq; seu inscriptiones nomi-
ne suo in manus eorúdem Martini et Raphaelis Zyglion suscipere,
ac eisdem sumis pecuniariis et bonis ipsis, sumis nic onerabis et
in post onerándis, idem Martinus Zyglio patruus, ad decursum pra-
fatorú quinquenni annorum, vtifrui et possidere debebit. Eúdemq; in pos-
sessionem dictorú bonorú et in vtifruitionem summarú pecuniarum
in eisdem obligatarú, a tempore exemptionis, in perceptione, idem
Martinus et Raphael Zyglionii, prasedere, interturbare, et
denegare, vel personis aliquibus inscriptiones vllas facere nó debe-
bunt, cum suis successoribus, sub damnis terrestribq; ad simplicé
assertionem, simq; corporali iuramento, p dicto Martino Zyglio
et posteris eius ad solucn succumbén. Ac realem in exinde
idem Zyglionii prænominato Martino Zyglio patruo suo le-
gitimo dant et admittút admisérútq; in tromissionem, cum pos-
sessione pacifica et actuali in tota et integra bona prafata,
villarú Krzyż Sowinge, Szczepanowige, Lolanowige et in sortes
in Czechy et Marszowige: Nec non villam Krokoszyn et sortes
in Liassy; ac etiam in summas pecuniarias in prafatis bonis obli-
gatas, per ministerialem terrestré, quicúq; sibi ad intromittén-
dum elegerit, præsentibus per nos sibi additú. Et ipsum
Martinú Zyglio patrum suum bona supra memorata sumis
eisdem onerata, et si ipsa exempta fuerint: illa bona, in qui-
bus summa inscripta et reformata fuerit, vt præfertur tum omni
iure, et dominio proprietatisq;: omnibus q; et singulis, dictorú
bonorú et villarú vtilitatibus quibuscúque censéatur nomini-
bus, nullis penitus exceptis, teneri, suberi, vtifrui, pacifice
et quiete possidén ad expirationem prafati temporis et
non vltra. Insuper idem fratres Martinus et Raphael

Lyzkonis debent, signe et suos successores, in et super bonis
suis omnibus inscribi et obligant, eundem Martinum Lyzko
patrem suum, durante arenda annorum p'fatorum, seu illius
vita, in p'fatis bonis, seu summarum pecuniarium in vis de'
ipsis fratribus, servien't et oneratis existentibus, et in
posterum aliis bonis onerandis vtifruition et possession
pacifica, ab omnibus viris, inscriptionibus, prioribus et
posterioribus, cuicunque personarum in dictis bonis seu suris
pecuniarijs ipsis oneratis servien' factis vel fiendis, etc.
non citationibus, adcitationibus, vocationibus ad Satisfa-
ciendum. Innotescentis bracchii regalis et querelarum
in dictam summam, in p'dictis bonis reformata, per quascunque
personas super ipsos frēs importatis et importan', lucris,
perlucris, quibuscunq; ibidem in summa pecuniarum perductis et
perducendis. Generaliter vero ab omni impetitione veridica
omnium personarum, status, sexus, et conditionis cuiuscunq; ex-
stentium, per omnes p'scriptiones terrestres, secundum quod
ad aliquam personam terrestris pertinet prescriptio, nulla
prescriptione terrestri obstante, totiens, quotiens opus
fuerit, tueri, interedere, euincere, et eliberare, ac ubi-
libet in demin' reddere, et in tronisationem ac possessionem di-
cte summe et bonorum ad p'fatum tempus arrendatorum ei-
dem Martino patri per se et per suas quascunq; submis-
sas personas non denegare, neque prius latam, quouis mo-
do prapedire, sub similibus damnis terrestribus, ad sim-
plicem assertionem simplicis corporalis iuramenti, p'dicto
Martino Lyzko et posteris eius ad solucionem succumben.
Et sic idem personaliter stans Rndus Martinus Lyzko
prapositus tarnovien', recedendo in hac parte a terris
et destructibus suis quibuscunq; recognouit se eadem bo-

na su-

na suprascripta, seu summã pecuniarũ vtifructionẽ, apud prafatos
Martinũ et Raphaelem Lyzky Nepotes suos, ad tempus pfatũ
vigiti anorũ arẽdasse, eademq3 bona et summas pecuniarias non
alio tantum modo et ture arenda, tenebit, habebit et possidebit. Post expirationem verò pfatorũ annorum, extũc prafati
Martinus et Raphael Lyzkowie in eadem bona liberè inquitabũt, tanquam in suam propriam summam, ipsis in dictis bonis
fruentem. Pro quibusquidem damnis terrestribq, nationũ pfinsorum omniũ et singulorũ in parte vel in toto non exequutom
nec cõpletorũ citati in dem Martinus et Raphael Lyzkowie
et eorum successores citati, ad instantiam pnominatj Martini
Lyzko ad iudicium vel officium Castrense Cracouiense vel Noua
Ciuitatis Korczyn, extũc recedendo à terris et districtibus, iurisdictionibq3 suis aliis quibusuis propriis, coram codẽ
in dicto Castrensi Capitaneali Crac vel noua Ciuitatis Korczyn in primo citationis termino, vt peremptorio, stare, parere,
respõdere, et pro vadio ac vadiis pfatis à iudicio nõ recedendo satisfacere. Et insuper in scriptionẽ bona cõplere et exequi debent et tenebũtur. cũ suis posteris, eũdem terminũ primũ et alios cõsequẽter terminos causa, vera vel simplici infirmitatibus et promaiori nõ differẽdo.
Controuersias, exceptiones, motiones, dilationes, appellationesq3
aut earũ prosequutiones nullas à iudicio pfato faciẽdo.
Absquitationem prater acta Castrensia Crac vel Noua
Ciuitatis Korczyn nullibi sibi recipiẽdo, litteris, decretibusq3 regalibus, terris, districtibus, prascriptionibus terrestribus, euasionibus cõdemnationũ, et nec legalibus impedimẽtis quibusuis, inter regno, bello, colloquio, Comitiis
generalibus seu particularibus, statutisq3 et cõstitutio-

ribus regni, laudatis iam o t in posterú laudá dis, ipsi et ipsis
ni cotrariú non obstantibus, si non tutá do. Et generaliter,
nullis aliis causis aut modis exquisitis ob exquirendis, ut di-
cta liter sine extra dicialiter, fieri solitis, una pars alte-
ram pro premissis omnibus cuadá do, et nec quicquam si-
bi et suis posteris in auxiliú contra inscriptionem præsen-
tem assumé do. sub amissione sua et suorú successorú totig
causæ tam in toto quam in parte. Quam inquidem recognitionem scriptionem, nos ratam, et gratum habentes,
eandem autoritate nostra regia omnibus suis púctis,
articulis et conditionibus, approbamus, cófirmamus et ra-
tificamus. Decretis eádem robur debita ac perpetuæ
firmitatis obtinere. Et ad præsentiú testimonio litterarú,
quibus sigillú nostrú est subappressú. Datú Cracoviæ Co-
ronationis nra. Vigesima nona Mensis Maii Anno
Dñi 1576 Regni nostri Primo.

Joannes Zamoisky R. L.
Vicecancellarius scripsit.

Regio Mandato Regni
Fam. R. Decretor:
Vidit Krzyszt. de Cap.

Transportatio inscriptionis donatoriæ, stanislai Garuaski in personam Alberti Starzecbowski.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux &c. Significamus &c. Quia constitutus personaliter coram nobis et actis Cancellariæ nostræ Nobilis Stanislaus Garwaskj in Kawczyn Sacres. Recordá do à terris, districtibus nris regz et iurisdictionibus suis
alijs quibuscúqm, et eorum bonis successoribusqz suis iurisdictioni præsenti nostræ, quo ad actum húc in toto incorporá do et subi-
cié do, palam, libere publicè et per expressum recognovit. Quia in-

scri-

scriptionem suam donatoriã coram officio et actis Castrensibus Cherzgÿnensibus feria secũda post Dominicam Conducta Lassa proxima, anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, in personam Generosi Alberti Starzensowsky Succamerarii Leopolinsis et suorũ successorũ legitimorũ, qua coram nobis authentice producta est, factam, ex actis ipsis Castrensibus Cherzgÿnensibus, ad acta Cancellaria ora minoris, mxta prascriptũ et vigorem eiusdem ipsius inscriptionis Castrensis Cherzgÿnensis transportauit: vtiquidẽ transportat prouti recognitionem et inscriptionem suam. Cuius quidem inscriptionis series et tenor est iste qui sequitur. Comparens personaliter coram nobis et actis praesentibus Castrensibus Cherzgÿnensibus Generosus Stanislaus Garwasky in Karzgÿn Sarcs. Recedendo a terris, ducatibus, latinatibus, juribus, iurisdictionibus suis propriis quibuscunque, et sue iurisdictioni prouti se cum bonis suis incorporato et inuisceratõ sanus mente et corpore existens, non coactus sed palam, liberi et per expressum recognouit, quia bona sua hereditaria, vidt emetones dictos Bogiel et ossa, et mansum emetonalem desertũ, in quorum sedebat emeto dictus Losga, ac mansos vulgo wloki tres integros praediales in villa Karvzÿn in Palatinatu Masouiae et terra districtuque Visi Segradiensi cõsistẽtes, Cum omni iure, dominio, et proprietate, ac cũ omnibus et singulis ad dicta bona spectatibus et pertinentibus vtilitatibus vniuersis, nullis penitus exclusis et exceptis, prout praefata bona, se habent suis metis et gadibus extendunt, et prout ea bona solus tenuit, habuit et possedit, Generoso Alberto Starzensowsky de Starzensowice Succamerario Leopoliensi et eius legitimis successoribus, mere et simpliciter, donationem perpetuam et irrevocabili, dedit, donauit, perpetuoque et in eum resignauit, per ipsum Albertũ Starzensowski, bona praefata, emetones Bogiel et ossa, et Mansum desertum Losga, ac mãsos tres praediales, in villa eadem Ka-

rvc ejus sita, ipsi taliter dono perpetuo inscripta, tenenda, habenda, possidenda, cum usus quos nouerit mvliorvs cum suis posteris comertenda. Et iam ac imt ipse Stanislaus Garwasky, vidum Alberto Starzynsonsky, dedit et dat in ppetua bona, taliter ipsi donata, realem intromissionem cum actuali et pacifica possessione, per ministerialem terrestrem illig latinatig, terra et Ducatus, in quibus bona prefata consistunt, ac in fundo dictorum bonorum se daturum et tradem intromissionem admissurum cum suis posteris. Quemadmodum idem Albertg per ministerialem et nobiles accepta-re vellet, sub damnis terrestribg inscribit et obligat. Insuper inscribit et obligat si idem Stanislaus Garwasky, ppetuum Albertum Starzynsonsky ratione bonorum ppetuorum tueri, emunire, eliberare et vbique indemnem reddere, ab omni impetitione vindicta omnium personarum status et sexus vtriusq; sub damnis terrestribus. Insuper inscribit et obligat si idem Garwasky, ipsum Albertum Starzynsonsky cum suis posteris, inscriptionem presentem pro obtinendo cum robore et firmamento ex suis actis ad acta terrestria vrisl. Gradiensia, vel ad acta Cancellaria Regia transferre et trasportare, et similem recognitionem mixta necessitatem ipsius Alberti facere sub damnis terrestribg. Pro quibusquidem damnis terrestribg si se idem Stanislaus Garwasky citare ad ius et iudicium Cancellaria sac. R. Altissimi ad ius et iudicium terrestre et Castrense vrisl. Gradiense permiserit, citatione vna septimana ante terminum positum tunc recedendo ab omnibus Ducatibus, Palatinatibus, terris, Districtibus, iuribus, et iurisdictionibus suis proprijs quibusmis, in primo citationis termino, semotis omnibus dilationibus de iure et consuetudine cocedi solitis, spatijs, euasionibus, prescriptionibus, motionibus, appellationibus quibusmis, abusu inscriptionis, euocatione de terra et districtu, in illo iudicio ad quod citabitur, stare, parere

respo,

respondere, et inscriptioni prti omnibusq3 eius contentis satisfacere
tenebitur et tenebuntur, totiens quotiens ipsi Alberto et eius fo-
steris opus fuerit. Super quo memoriale positum est. Actū in Ca-
stro Cbinensi fer. 2da post Dominicā Conductus Lasta
proxima Anno Dñi Millesimo quingentesimo septuagesimo quarto.
Extractū per Joannem Stankowski Notarium Castrensem Cbin-
gynsem. Jannssius Grudzinski iudex Castrensis Cbingynsis
manu propria scripsit. Quam quidem recognitionem ipsius Nobilis
Stanislaj Garwasli, nos ratam et gratam habentes, eādem autori-
tate nostra regia, approbādam, ratificādam et cōfirmādam du-
ximus; vti quidē approbamus, cōfirmamus, ratificamusq3 praesentibus
litteris nostris. Decernentes eādem robur debitae ac perpetuae firmi-
tatis obtinere. In cuius rei testimonium etc. Actum etc Duae. Cras.
trigesima die Mensis Maii Anno Dñi 1576 Regni nostri
Anno Primo.

Joannes Zamoyski
R. P. Vicecancellarius etc.

Ad mandatum Joannis Zamoyski R. P.
Vicecancellarii Bellonā Kniaszinowska
Capitanij

Recognitio Nicolai Myszkowski

v.p. Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc. Significamus etc.
Quòd veniens personaliter in praesentiam nostrā et cōsiliario-
rum nostrorum, lateri nro in Senatus cōsultō protūc assidēntium
Nobilis Nicolaus Myszkowski de Miron, filius olim Magni-
fici Joannis Myszkowski de Miron Castellani Osvvięcimensis.
palāi et liberē recognouit. Quòd à multis hominibus, praeser-
tim verò Generosa Anna de Comorow, Generosi Stanislaj Gij-
lowski de Wojslawice cōiuge matre sua traduxerit tun-
quasi ipse aperta vi et minis ex dolibus alactus, à fratre

sno, Generoso Joanne Myszkowszky de eadem Mirow, fuisset detentus et captus, ac in domum suam Captiui more abductus, vbi durâ seruitutem perpeti debuisset; hoc ita minime se habere, is ipse Nicolaus Myszkowszki confessus est. Sed sponte ac liberè profectû fuisse cũ fratre suo p̃dicto Joanne, et cum eo in domo sua liberè cõmorari, ac multo libentius cum eo esse, et fraternè per omnia viuere, potius quàm cum matre sua. Itaq; nõ aliquam per eam mãsionem suam cum fratre suo cõtumeliam aut calumniã incurrat, frater suus germanus Joannis criminalis accusatus, vel aliquod in de damnũ sustinat, sacra libera recognitionem cauit et testatus est. Quam suam recognitionem et protestationem, petit actis Cancellariæ nrã inscribi, ac sibi autenticè ex eisdem extradi. Ita in testimonio litterarũ, quibus sigillũ nostrũ est subimpressum. Datæ Cracouiæ trigesima die mensis Maii Anno Dñi 1576 Regni nostri anno primo.

Ad mandatum Magci Joannis Zamoyscij. R. L. Vicecã. Belzen. Kriegsimi ac Capitanei.

Iuris Aduitalicii super aduocatiam Vasosensem. Ioanni Gasziorowski Confirmatio.

v.p. Stephanus Dei gratia Rex Coloman. Significamus tenore presentium litterarum nostrarum, quorum interest vniuersis et singulis. Quod cum renunciassent nobis tertii Consiliarii nostri, Sterni ssimo olim Sigismundo Augustum pia memoria antecessore nostro, Nobili Joanni Gasziorowszky seruitori suo, pro eius fidelibus, promptis et diuturnis in se obsequiis, cõsensum præbuisset ad exemendam Aduocatiam in oppido Wyssocz sitam

sitam, de manibꝫ Gemrosi olim Jacobi Bagnensij vexilliferi Visnensis. Tandemqꝫ Nobilem Joannem Gasbiorowsij decretum pro se in negotio huiusmodi exemptionis apud Comissarios, per suam olim Mtem Regiam, pro exequendo eo dē exemptionis negotio deputatos obtinuisse, sed illud appellatione ad eandem olim Sternam Mtem interposita suspensum fuisse, ac ita ipsam causam hactenus determinatam nō esse. Qua quidē causa huiusmodi appellatione suspensa pendente indecisa, ac interregno subinde quoque intervenīente, memoratū Gemrosū olim Jacobum Bagnowsij e vivis excessisse; propterea qꝫ nobis pro dicto Nobili Joāne Gasbiorowsij supplicassent, vt dictum Sternum olim Sigismundi Augusti Regis antecessoris nri cōsensum, vnacū a dmitalitate, super ꝑdicta Advocatia illi a dicta cōfirmare et approbare dignaremur. Nos itaqꝫ supplicationi huiusmodi cōsiliariorū nostrorū tanquā iustae iuriqꝫ cōsonae benigne annuentes, et muneris nostri Regij esse ducentes, vt in genere ita quoqꝫ in specie, omniū subditorū nostrorū iura et privilegia cōfirmare et approbare. Ideo et cōsensum ꝑdictum ac dmitalitatem illi tuncta, quā a modū illa littera Sterni olim antecessoris nri, super dicta Advocatia praedicto Nobili Joanni Gasbiorowsij cōcessa in suo cōtinentur tenore. Cui quātum tamen illis extra fatalia iuris abusus non sit, et causa suam prosequi non neglexit, aut nō interiisit, cōfirmandū et approbandum esse duximus, prout cōfirmamus et approbamus, ac eas robur habere et obtinere debere determinamus per praesentes prout de iure cōmuni est. In cuius rei testimonium Sigillū regni nostri pntibꝫ est appensum Datū Cracouiae die penultima Maii Anno Dni 1576 Regni nri anno primo.

Capitaneatus Visegradiensis Alberto Starzechowski

v.p. SIgismundus Dei gratia Rex Poloniae &c. Significamus praesentibus litteris nostris, quorum interest universis et singulis harum notitiam habituris. Quia considerantes fidem ac sinceram claramque studium et merita fideli nostri Alberti Starzechowski Succamerarii Leopoliensis, quae non modo nobis, sed etiam et praedecessoribus nostris regibus et reipub. regni nostri et maiores sui praestiterunt, volentes eum ad ea in futurum praestanda alacriorem et promptiorem reddere, ipsi Castrum et Capitaneatum nostrum Visegradiensem in Palatinatu Masoviae una cum oppido et villis ac bonis quibuslibet ad eadem quomodolibet ex antiquo pertinentibus et spectantibus, una cum administratione officii Castrensis Capitaneatus, citra praeiudicium et detrimentum libertatum et praerogativarum publicarum Palatinatus Masoviae, damus et conferendum duximus, vti quidem damus et concedimus hisce litteris nostris. Dantes eidem fideli Generoso Alberto Starzechowski omnimodam facultatem dictum Castrum et Capitaneatum Visegradiensem regendi, possidendi, vtifruendi, et administrandi cum omni iure et dominio, ac omnibus reditibus, prouentibus et vtilitatibus universis, quae nunc sunt et posthac humana industria excogitari possunt, nullis prorsus exceptis, sed omnibus et singulis in ea generalitate inclusis, quemadmodum hucusque tenebantur et possidebantur, tenerique et possideri debent, ita tamen vt nobis et fisco nostro, reique publicae regni huius iuxta ordinationem Henrici Regis de prouentibus reddendum teneatur. Quod omnibus et singulis, et praecipue dignitariis, officialibus, et toti nobilitati, cuiuscunque alias in oris cuiusque status et conditionis illi fuerint Palatinatus Masoviae et terrae Visegradiensi, ad notitiam

titiam

titia? de ducamus, mandamusq3 illis, vt dictu? Generosu? Albertu? Starzechowsky pro vero ac legitimo Capitaneo Visegradien? habeat, et ipsi de omnibus, quæ hinc vt? ac? tuentur ad dictum Capitaneatu? pertinere videbu?tur respondeant resp?o debitoq3 imbcat. In cuius rei &c.

Libera incisio lignorum in syluis Villæ Mlodzieszowy ad Capitaneatu? Gostinen? pertinentis, datur Generoso Alberto Starzechowski Capitaneo Wisegradiensi.

Ex: Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c. Significamus tenore p?sentiu? quorum interest vniuersis et singulis. Quia volentes necessitatibus Castri et Capitaneatus nostri Wisegradien?, quem mo? Generoso Alberto Starzechowsky Succamerario Cracouiensi ex gratia nra in administratione dedimus, prouidere, eidem Generoso Alberto Starzechowsky, ad Castrum et Capitaneatum Visegradiensem, pro omni necessitate illius liberam incisionem arborum et lignorum, non modo aridorum ac siccorum, Stantiu? et incertiu?, sed etiam et aliorum lignorum ac roborum recentium pro ædificiis et reparationibus tam Castri quæ predicti Capitaneatus p?dicti valentiu? in syluis et borris nostris ad villam Mlodzieszowy mensem in terra Gostinen?i co?stitutem, pertinen?, damus et concedimus hisce litteris nostris, ipsumq3 Generosum Albertum Starzechowsky et eius Vicecapitaneum aliosq3 factores et subditos Capitaneatus illius modernos et pro tempore existentis, ea ipsa incisione, iuxta omnem rectitudinem obtentam et vsum

qualis tempore clim Magi Arnolphi Vrsinsky Palatini Plocensis et Capitanei Visegradiensis habebatur, liberè vti permittimus, cum scitu tamen tenutarii Mlodzuscinensis modorum et pro tempore existentis: citra tamen notabile ac cedens damnum atq; detrimentum borrarum et sylvarum p̃dictarum. Quum qui dicti concessionis nostræ Nicolao Stanislao Vrsinsky Palatini Plocensis et eius factori Mlodzuscinensi, modorum et pro tempore existentibus ad notitiam deducimus mandamusq; vt secundum præscripta litterarum præsentium, excessionis hac Generosum Albertum Stargosonsky et Vicecapitaneum subditosq; prædict, liberè vti permittat permittigq; vbicunt. In cuius rei testimonium præsentibus fieri fecimus et facturi. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum Datum.

Aduocatia villæ Chlinastani: slao Olszewski Burgrabio Cra

Stephanus Dei gratia &c. Significamus &c. Quia commendatam fidem, ac singulare studium ac merita Generosi Stanislai Olszowski Burgrabii Arcis nostræ Cracouiensis, quæ prædecessori nostro Regi Sigismundo Augusto et Reipub. regni nri præstitit; volentesq; eum ad ea in futurum promptiorem et alacriorem reddere, ipsi Aduocatiam villæ nostræ Chlinam in Palatinatu Cracouiensi consistentem et ad Zarnowiecz oppidum pertinentem et spectantem, ex ea ratione, quòd possessores eiusdem Aduocatiæ, sine consensu nostro et prædecessorum nostrorum ea ipsa Aduocatia disponere ausi sunt, et ex aliis rationibus ad nos denotata donauimus et conferendam duximus, damusq; et conferimus hisce litteris nostris: Concedentes illi

omnimo da

omnimodâ facultatē, Aduocatiā p̄dictā de manibus Ilmi di Martini opp-
dam nostri Zarnowiecēsis, iusta quamis ratione eliberādi, et postquam
eliberata fuerit, cū omnibus eius Aduocatiæ ex antiquo pertinētibꝫ
et ex illis prouenientibꝫ reditibꝫ, fructibus, ēssibus, molendinis et com̄
omodītis, dapiis, tabernis, stagnis, pratis, et aliis omnibus obuentiom-
bus, quæmq; aut et postea humana industria excogitari possūt, nullis se-
mibus exceptis; sed omnibus et singulis generaliter inclusis, q̄m ad no-
dū Successꝫ tenebatur et possidebatur, tenerigꝫ et possideri debeat.
Aliàs iuxta originales litteras et vsum antiqū, tenēn, habēn et
possidēn, ad vitæ extrema tēpora eiusdē Gnosti stanislai olszewsky-
Rationē cuiusq; Aduitalitatis à nobis cōcessa, p̄dictus Gnos-
stanislaus olszewsky iuxta cōstitutiones Regni nri, quarta tam
partem suam in eadem Aduocatia iuste et legitimè inscripta, vel si
nulla sua inscripta est, tum illius, qua ex taxa bonorū Aduocatiæ
eiusdē prouenire debet, dimittet. Et postq̄m in possessionē Aduo-
catiæ p̄fatæ venerit, apud Acta Curiensia terrestria vel
Castrēsia super dimissionē et remissionē quartæ partis summa
p̄dicta, inscriptionem sufficientē nobis et successorib⁹ nris facere,
et extractū illius autentice nobis dare teneatur, sub amissione
eius ipsius Aduitalitatis suæ. Iuribus regiis nostris etiam ibidē
salvis permanētibus. Harū quibus sigillū nostrū est appen-
sum testimonio litterarū. Datū Cracouiæ in Comitiis generali Coro-
nationis nostræ. Die Quarta Maii 1576 Regni nri Ino
Stephanus Rex subscr.

Confirmatio Iuris aduitalitii super Zielonki Carolo Soderino.

Nos Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus
præsentibus litteris nris quorū interest vniuersis et singulis

hanc notitiam habituris Exhibitas esse nobis litteras, titulo et
sigillo Serenissimi Principis Domini HEnrici eadem gratia RE-
gis Loloniæ antecessoris nri munitas in pergameno scriptas, et
nam propriâ eiusdem Sermi regis subscriptas, cõtinentes in se ius
ditale, super bona nostra regia villam Zielonky, cum prædio
dicto Marschowize et villa Troianowize, per Serenissimum eius Dnõ
Carolo Soderino Aulico suo tõcessum, sanas, salvas, et in integras,
nullaq; in parte vitiatas: supplicatumq; nobis esse, vt easdem lite-
ras ex auctate ac superioritate nra regia approbare et cõfirmare
dignaremur. Quarum quidem litterarũ tenor de verbo ad verbum
is est. HEnricus Dei gratia Rex Loloniæ Magnus Dux Litua-
niæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Linoniæ, Lo Macsciæ no-
lyniæ, Kyoniæ &. Necnon Dux Lutticum, Borboriorũ, Alnernorũ. Co-
mes Marchiæ, Forcesti. Curtij. Rouergũ. Montisforti &. Signi-
ficamus præsentibus literis nris vniuersis et singulis quorũ interest,
vel interesse quomodolibet poterit. Quia cũ nobis cõcordata
spectataq; esset, fidelitas Caroli Soderini, Aulici Camerarii
nostri, erga nos fides et obseruãtia singularis; volentes in illum,
clementiæ et benignitatis nostræ regia testimonia extare, et
ad præstãdam nobis fidem et obsequiorũ alacritatem, eo ala-
criorem in posterũ reddere, villam vulgò nuncupatam Zielonky
in Districtu et Palatinatu Cracouiensi, post mortem Vessa-
sium Doctula immediati possessoris vacãtem, cũ prædio dicto
v.p. Stephanus Dei gratia Rex Loloriæ Magnus Dux &c. Generoso N. N. N. fideli nobis dilecto, Gratiam nostram Regiam. Generose fidelis nobis dilecte. Rationibus Reipublicæ et adeo nostris ita postulantibus, de consilio et assensu consiliariorum regni, instituimus nouum et perpetuum quod dam genus militiæ in aula nra, ad tuendam personam et dignitatem nram Regiam, ac subitos quosuis ensus reprimendos, et a nouis periculis satis expeditum et permecessarium certum numerum equitum selectissimorum, ex quouis ordine et sorte hominum, de quibuscunque prouinciis regni et Magni Ducatus Lithuaniæ colligendorum, qui in hunc modum stipendia merebunt. Primum quidem Præfecto cohortis, quæ vulgo Rotmagistrum vocant, designato, turmagis sum numero et tempore militiæ, pro arbitrio nostro definito, in singulos milites, ad quodlibet anni quartuale, quod tribus mensibus constare debet, decem et octo florenos pecuniæ, monetæ et minuti in regno nro currentis, stipendii nomine dabimus: Vti quidem iam nunc ab initio in dicta militia, præsenti pecunia, ex quarta parte in vsum Reipublicæ collecta, in vnum quartuale defendendos mandauimus; reliqua etiam quartualia persoluturi, cum eorum tempus aduenerit. Duetori turmæ seu Rotmagistro prouisionis suæ culinariæ nomine, qui centum equites habebit florenos quingentos; qui verò quinquaginta, florenos viginti quinque singulos menses capiet. Præfecto autem seu Capitaneo

nro cum ipsius exercitus quem illis præficiemus arbitrio nro, vt seruitium, ita et stipendium cum eadem promissione columnia, assignabimus. In sua turma cuique cius ductori seu rotamagistro, duarum copiarum peculiarium, non licebit amplius habere, quam viginti quatuor equites ex centenario suo numero. Duodecim autem ex quinquagenario: reliquos vero socios seu decuriones partium, quorum quisque non amplius quam sex equos conscribet: minus certe potuerit si volet. Quilibet istorum militum, bonos ac robustos equos, vnum cum valentibus equitibus, firma ac forti armatura instructos, more Hungarico producet; nimirum arce seu ferro rudi opera fact' abunde præcise submota; tassidu, manicis ferreis, hasta, acinace, ruto, seu mucrone, quod Kongers vocant, sclopeto ad sellam adiuncto, pennis etiam et aliis ornamentis ad splendorem et terrorem sui apparatus pro arbitrio cuiusq; adsibitis. Debent autem si omnes cum suis præfectis, quilibet in turma sua taliter instructi, se sistere in spatio sex septimanarum, ab indicto stipendio, loco sibi assignato, lustrandi et describendi, et inde profectionis sue in aciem vel alium locum quo massitas vocaverit, ac per nos missi fuerint, duas septimanas, ex eodem tempore stipendiorum suorum decerpere, duas item discessu tribuere debent; si missus nro vel Præfecti nri a seruitio suo alienati fuerint, quod ex septimanarum spatio ante exitum quartualis significari illis debet: præterquam si spontepsi se exautoraverint, tum ex eo legitimo tempore, nihil deinde illis debet. Vbi autem ad locum sue militie vel ministerii assignatum deuenerint, et Præfecti seu Capitanei sui generalis, quem illis arbitratu nro præficiemus, potestati ac regimini traditi fuerint, parere illius missis atque edictis debebunt, quecunque illis a nobis vel

ipso Capitaneo proponentur. In profectionem autē suam etiam mūsorum suorum vbinis locorum, nullas violentias et insolentias facere, nullos commeatus, quos stratias vocāt, à colonis frumentorum exigere debent, sed contenti suis stipendiis, quæ illis assignabuntur, omnia æquo precio comparabunt. PRouidebimus autem nos, siue Præfectus noster, vt ad illa loca, per quæ cum eisdem militibus transituri, aut etiam aliorsum immoraturi sumus, duobus ante septimanis præmissis speculatoribus, seu personis aliis idoneis, quæ cum Capitaneo vel alio magistratu loci illius gubernationem habente, conabunt conuenire et vendi commeatum necessarium cōti precio, quo antea paucis septimanis, ante aduentum nostrum, vel ipsis per se exercitus, vendebatur; et prospiciunt atque curabunt diligenter, ne auctio precii rerum fiat, pœna nostra in delinquentes proposita. QVod si verò temporibus id ferentibus præter hos, centum alios quoque milites Cominori fortassis stipendio illis instituto conscripserimus, rerumq; omnium vsui corum fermentum nostra precia instituerimus, quomodo scte solui à militibus tum demum conscriptis debeant; Liceat quoque militibus istis vterauis ad eandem rationem æstimationis per nos factam victum et alia necessaria comparare. QVando verò in aula nra bus ipsis militibus immanendum erit, ne eorum regiminis ordo turbetur, nisi inter Præfectum seu Capitaneum illorum et Marschalcum, qui Aulæ regendæ ex præscripto legum regni præcipuam potestatem habet, simultates aut contentiones aliquæ ob temere vsurpatam vtriusq; prouinciam enascantur; sic omnibus istis differentiis nodum inponimus. Vbi per quempiam ex militibus, crimen aut facinus aliquod notatu dignum patratum fuerit,

co præ-

co præsertim in loco, vbi nos ipsi cum regijs aulæ nrã substituerimus, de eóq; per querimoniam, qui tale facinore offensus sit, apud Marschalcum questum sit; debet Marschalcus Capitaneum seu Præfectum militum admonere, vt vnus ex suis militibus illo se apud Marschalcum seu illius officium sistat, et ibi ex vtriusq; tam Marschalci quàm capitanei autoritate in dictum subeat. Si verò dissenserint, et nos questio et causa illa remittetur, arbitrio nro in consilio publico decidenda. Similiter miles de iniuria sibi ab extraneo illata, apud Marschalcum conqueratur, et instituam eius decreto reportabit. Miles verò de milite apud suũ capitaneũ contendet et iudiciũ feret, iuxta eius leges, quas sue militiæ præscribet. Porrò victualium et aliarũ rerũ vendibilium æstimationem, cum de iure Marschalcus habeat, eam vt iuxta statutum exerceat; ita tamen, vt etiam nobis licitum sit, per nostrorum querimoniam, eas æstimationes iustificare et prouidere, vt precia augeantur earũ rerũ, præsertim quæ ad victũ pertinent, vltra modũ et cõmunem cursum, qui duabus hebdomadis ante et dũtum nostrũ, et loco vbi subsisteremus seruabatur. In profectione autem nra militari, cum de iure et non antiquo ad vtrunque tam Marschalcum quàm Capitaneum militarem precia rebus imponere pertineat. Volumus vt deinceps eam ipsã æstimationem pariter et cõmuncta sententia faciant, nobis cũ Consiliarijs nris, moderatione omniũ talium constitutionũ nrarũ habita. Illi omnes milites, et si peculiariter ad aulã nostrã et custodiam corporis nri destinati sint, præstoq; semper nobis esse debeant; verùm et ad aliam quamuis nostrã et Reipublicæ necessitatem, quibuscunque curibus, ad postãtibus parati promptiq; esse debent, ire, immorari, depugnare, et alia quæuis iniuncta sibi per nos munia obire, absque quauis excusatione et remissione. Quod si verò

aliquã do nos cum hoste bellũ gerere, ex cuius Dei beneficio victoriã
reportare contigerit, tum certe ĩ milites omnes illos, præsertim
qui strenuam operam nobis et Reipublicæ nauarint, liberales et munificos nos esse decebit, vel saltem in diminutionem
temporis legitimi ad capiendã stipendia præfiniti. Reduturi autem exercitum in hostem et cum eo dimicaturi, nũquam negabimus militibus istis turmæ cuiusc, nũc et posteris per nos conscribendis, primam aciem, si ita res postulabunt
occupare, et ĩ ea specimen virtutis suæ edere, quo demũ,
et nobis fauoris sui reddere, et gentis ac nomen suũ illustrius ad posteritatem transmittere possint. Etsi quem
Morũ in prælio ab hoste capi contigerit, eius liberandi nos
curam et omnem sollicitudinem habituros. Et hoc item in
ornamentum et præmium corũ laboris ac virtutis adjicimus, vt si quicũque corũ militem turmæ cuiusc integros
annos sex ĩ eo omne militiæ exegerit, ei nos præfectum ex ductoribus turmarũ suarũ, ante alios omnes,
ornamenta et honores ex officiis ac beneficiis Reipub.
gratiq; tum dare contigerit, libenter deferemus, et
gratiq; ratione licebit corũ virtutem promouebimus.
Tali modo et ratione vt hic præscripta est, cum militia ea ĩ aulica nobis instituta sit, volumus vt eius quoq;
partem fid. tua suscipiat, quã in illi per has litteras
nostras ab hoc ĩm tempore, ad integrũ annum inducimus et assignamus. Et hortantes fid. tuam, vt ĩm copias eas parat, et ĩ tempore assignato nobis sistat.
Stipendia sua et reliqua omnia præmia cum suis conditionibus eius structuris accepturã, quatenus ĩ superioribus præscripta sũt. Factura fid. tua pro officio suo et grã ma. Datũ Warsouiæ. Die Mensis. Anno Dñi 1576 Regni vero nri Anno primo.

Stephanus Rex

Hoc exemplo

Hoc exemplo data sunt littera Die XXviii Junij

Generoso Andree Firlej de Dambrowiza Capitaneo Sendomirensi super centum equites.

Generoso Martino Kazanowski super centum equites

Generoso Nicolao Zebrzij dowsky, super centum equites

Vltima die Junij

Generoso Nicolao Gostomsky Vexilifero Lauensi super quinquaginta equites

Die Secunda Julij

Generoso Stanislao Staremigij super quinquaginta equites

Generoso Jordano Sbijtek itidem super quinquaginta equites

Die Tertia Julij

Generosus Joannes Gminoski super centum equites

Die Quarta Julij

Generoso Joanni Lesmowolskij super centum equites

Die Octava Julij

Magnifico Joanni Zborowski à Zborow Castellano Gnesnensi et Capitaneo Odolanouien super centum equites et triginta pedites

v.p. Ioannes Zborowski præficitur exercitui curiæ, et militiæ aulicæ recens à Regia Mte institutæ.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lith. &c.

Significamus præsentibus literis nris, quorum interest universis et singulis. Cum in his auspiciis regni nri, multa et grauis cura in ordinanda Reipublicæ, et personæ etiam nra cum dignitate illius tuenda, animum nostrum occuparent; nulla aptior ratio ad explicandas eas ipsas curas visa est, quàm vt præsidium firmum atque opportunum nobis, ad subitas Reipublicæ necessitates accommodaremus, quod pro tutelis atque necessitatibus omnibus vndecunque se offerentibus tuto obiici, et ipsa securitas cum optabili tranquillitate præstari possit. Quo motivo Nos de re cõsilio in Senatu nro habito, de consensu ac prompta voluntate eius ipsius Senatus, constituimus certũ numerum militum mercenariorũ, mille scil equitis in aula nra alere & quo numero non certos cohortes cum suis ductoribus, vel vt vocant Rotmagistris designauimus; stipendia et alias prærogatiuas cum omni apparatu modoq militandi descripsimus. De supremo Ductore siue Capitaneo huic exercitui præficiendo, cum aliquãdiu deliberaremus, aptissimus et dignissimus ad hoc munus recte et cum laude sustinendum, visus est nobis. Magnificus Joannes Zboromski à Zborow Castellanus Gnesnensis, Cohortis Polonicæ Præfectus, vt pote qui et clarissima familia natus, et liberaliter educatus, per bonestissima quæuis; præsertim verò militaria exercitia, huiusque vitam traducens, strenui militis, et magnanimi fortissimique Ducis laudem ac nomen consecutus est. Nam et foris per varias gentes, et domi per multas prouincias arma circumtulit, vbique dextre ac fortiter cum extra approbatione rerum suarũ gestarum versatus; quantũq
animi

rum magnitudinē valeret, tum ꝫ pygma Norlensi nobiliss. declaraūit. Hæc et alia multa præclara eius facta, ad ipsam militiam nostram aulicam gubernādam, Præfecturamq; Exercitus Curiæ, post mortem olim Magnifici Stanislai Zamoiskij Castellani Cracouiensis, Curiæ Exercitus generalis, et Belzensis Zamoscensis Capitanei, vacantem, cundem Magnificum Joannem Zborowski promiximus, Capitaneamq; Exercitus aulæ nrē dximus ac nominauimus, dicimusq; ac nominamus per has litteras nras. Attribuētes illi omnia iura, cōmoda, prærogatiuas et alias omnes cōditiones, quæcūque ad hoc munus Capitanei Exercitus Aulici de lege aut cōsuetudine pertinēt. Mandamus itaque in Vniuersum omnibus et singulis Senatoribus, Dignitariis, Officialibus, Equitibus, Nobilibus, ac aliis quibuscunq; Regni et prouinciarū illi adiunctarū incolis, cuiuscūque nominis ac sortis hominibus, vt ipsum Magnificū Joannem Zborowskij, vti verū ac legitimū Capitaneum Exercitus aulæ nostræ agnoscāt, iurisdictionique eius in his quæ ad hoc munus spectāt, sedulo pareant, illiq; de omnibus muneribus ac reditibus, quæcūque ad hoc munus spectant, respondeant, ac vt cæteri idem faciant, omnino curēt. Secus pro gratia nra debitoq; suo nō facturi. In cuius rei fidem et testimoniū sigillum nostrum præsentibus est subappensū. Datū Warsouiæ die 28 Junij Anno Dñi 1576 Regni nostri Primo.

Stephanus Rex.

Kierdanowcze et Niemierzimicza quæ et Ilkaua dicitur Ioanni Beggier.

v.R. STephanus Dei gratia Rex Lodomeæ Magnus Dux Lith.

Significamus præsentibus lris nris quorum interest vniuersis et singulis. Quia nos adducti intercessionibus quorúdam consiliariorum nostrorum, pro Nobili Joanne Beggier Hungaro, apud nos interpositis, habentes præterea commendatam summa fidem integritatem, et in re militari haud contemnendam peritiam, multorúm ab illo, cum inter milites in finibus huius Regni nri excubias agentes, stipendia mereret, declaratam, existimauimus nos rem officio nostro regio dignam facturos, si cum beneficio aligno cumularemus, quo, et ad benemerendum de nobis et Regno ipsa eo magis excitaretur. Dedimus itaq; sibi potestatem bona nostra regalia in Capitaneatu Latigoriensi consistentia, villam nuncupatam Kiurdarnowgye, de manibus Nobilium Joannis et Basilii Kiurdarnowskich; ac aliam item villam Nemerzinga quæ et Illaua dicitur, de manibus quorundam Nobilis olim Pauli Marmazowskij, ac aliorúm quorumuis earúm villarum possessoribus et tenutariis, vel iuris et interesse aliquod ad eas habentibus, cum omnibus earúndem villarúm attinentiis, multis prorsus exceptis, cumis pernillarius, litteris originalibus in ipsis villis instì ac legitimè inscriptis, eis denique minime amotis, redimendi; vtiquidem Fisci litteris nris damus et concedimus. Quæ quidem bona præfata per ipsum redimenda, cum omnibus corúm iuribus, vsibus, reditibus, fructibus, censibus, datiis, et obuentionibus vniuersis, nullis prorsus exceptis, idem Nobilis Joannes Beggier, tenebit, habebit possidebit, illisq; tuto et liberè vtetur, ad vitæ suæ extrema tempora. Quem nequaquam nos, nrosq; successores nri, quoad superstes fuerit, a dictorum bonorum possessione et vsufructu amouebimus, aut ea de manibus et potestate sua, pro nutu a,

fisco.

fisco, aquana, vel alia gravis quantumlibet ardua nostra et
Reipublice necessitate redimemus, negue etiam cuiquam redi-
mendi potestatem faciemus. Eius autē ad dualitatis nomine,
idem Nobilis Joannes Beggur, ex prescripto Constitutionum
Regni nri publicarum ea de re sanctarū, suma pecuniaria,
litteris originalibus ni ipsis bonis inscripta, vel ex Co-
missarior nostrorū taxatione iusta et legitima prove-
nientis, quartam partem nobis et fisco nostro dimisit et
donavit, dimittitq; et donat presentibus. Ita tamen, quod
non plus quam tres partes sume huiusmodi successoribus
illius, eo cuius sublato, a nobis vel nris successoribus, aut
ab eo cui id negotiū datum fuerit, solui debent: quibus
persolutis, bona omnia memorata, ad nostram nostrorūq;
successorū dispositionē plenarie redibūt Nihilomin-
tamen interea temporis, iura nra regalia integra et sal-
va in eisdem bonis esse semper volumus. In cuius rei fi-
dem et testimoniū presentes manu nra subscripsimus
et sigillo nro iussimus mandauimus. Datū Warssouiae die
28 Mensis Junii Anno Dñi 1576 Regni nri prio.

Stephanus Rex [illegible]

Exemplum litterarum ab
ordinibus et statibus omnib⁹
Magni Ducatus Lit: datarū,
per internuntios suos defe:
rendæ Regiæ mti subiectio:
nis suæ gratia ablegatos, Var
schouiæ die 21. Iunii Regiæ
mti recditarum.

Za:

Nayiaśnieyszemu Mayestatowi Jeo Krolewskiey
Mczy. STEPHANOWI z Łaski Bożey Krolowi
Polskiemu &c. &c. &c. Panu Panu nam Miłościwemu

Nayiaśnieyszy Miłosciwy Krolu
Panie, panie, nam miłosciwy

Jeo Krolewska Mcz tych czasow, ich imć Wil-
mozmego pana Jana z Bogusławic Woiewody Zen-
drzyckiego, Pana Stanisława Karpinskiego Lotyt-
ka Szyrachskiego, á Pana Arnolfa Ehrenreicha Cho-
razego Drohiczskiego, do nas przystaciy niektore rze-
czy z offiarowaniem łaski swoiey, wskazuią racyi: te-
dy takesmy to wszytko wskazanie waszey Krol-
wskiey mczy z wielką wdzięcznością przyięli, tak
że wszelaką przyiaźnią vciężyć wszytkim
Panom posłom pomienionym respons vczynili. A iżby
sprawy y dostatecznieyi we wszytkich rzeczach Krolew-
ey potrzebach wielkiemu xięstwu Litewskiemu na-
leżących vczynić, vżywszy w tym Rady y Vrzędników
ruskich y Dwornych. Jaśmi wielmożnych y Vrodzonych
Panow, Jch mczy, Pana Jana Chodkiewicza, Grabie na
Szkłowie y na Mysey Pana Wileńskiego Starosty Zmoi-
dzkiego, Marszałka mieyszego v. kx. Litt: Admini-
stratora y Hetmana Zmudzkiego Inflandzkiey Staro-
stę Kowieńskiego, Dzierżawcę Telszowskiego. Pana Osta-
pha Wolowicza, Pana Trockiego, Lotaringierskiego
v. kx. L. Starostę Brzeskiego y Kobryńskiego. Pana Ga-
bryela Hornostaia, Noworytę y Starostę Mińskiego
y Kamienieckiego. Pana Jana Ehrenreicha Castellana
Mińskiego Starostę Radoszkowskiego y Orlowskiego
skiego, Pana Krzysztofa Radzymina, Lodzkiego y Het-
mana Lowickiego. v. kx. L. Starostę Solnickiego y Zyznor-

skiego

skiego. Lana Jana Kiszky krayszego V. K.L. Lana Mikoła.
ia Doroszostaiskiego stolnika V. K. L. Starosty wołkowiskiego,
Szereszowskiego y wielońskiego, Cżyrzyna Gordinskiego. Lana La-
wryna Woyny, Lo Hłarbiego Dworzego y Pissarza V. K. L:
Starosty Lipnickiego y ohrzyckiego. Lana Alexandra Chod-
kiewicza Starosty Grodzieńskiego y Mobilowskiego.
A z powyższego Woiewodztwa Nowogrodzkiego y Loslow ziemskich. Z woie-
wodztwa Wileńskiego. Xiążę Jamusza Szwirskiego Marszał-
ka, Dzierżawcę Mozyrskiego. Lana Jana Kalusskiego
Marszałka Dzierżawcę Niemonowickiego. á Xiążę Jakuba
Szwirskiego. Z Woiewodztwa Trockiego, Xiążąt Łuka-
sza Szwirskiego Marszałka Cżyrzyna Birzeńskiego.
Lana Woyciecha Dzierwiłłowskiego Lodzkiego Konwen-
tskiego. Lana Kłokowskiego Horodnickiego Grodzieńskiego,
a Lana Walentego Kamieńskiego. Z ziemi Zmoydz-
kiey, Lana Woyciecha Bielewicza Starosty Zmoy-
dzkiego Cżyrzyna Szawelskiego, a Lana Jerzego Woy-
nata. Z Woiewodztwa Połockiego. Lana Jana Le-
potia, Starosty Drysskiego, á Lana Romana Hrehorskiego.
Z Woiewodztwa Nowogrodzkiego. Lana Hieronyma Lubsky
Chorążego Wołkowiskiego, Lana Mikołaia Sokołowskiego
Sędziego Słonimskiego, Lana Leonarta Włodzkiego Lod-
zkiego Wołkowiskiego, Lana Bohusza Orsszańskiego, Lana
Andrzeia Hołubca, á Lana Wasyla Zienkowicza Cześ-
nickiego. Z Woiewodztwa Witebskiego. Lana Mikoła-
ia Sapiehy. Z Woiewodztwa Brzeskiego. Lana Wasy-
la Fiedorowicza Chorążego Lipskiego. Lana Hrehora
Woyny, á Lana Maximiliana Ogińskiego. Z Woiewodztwa
Mińskiego. Lana Stanisława Sołohuba Podkomorzego
Mińskiego, Lana Marcyna Wołodkowicza Sędziego Miń-
skiego, á Lana Wasyla Ogińskiego, ka Wasey Kro:

krolewskiey mści łomiąc złączyli przeciąg z wielką pilnością,
aby się nasza Krolewska mść do łaskawego a miłościwego
złuczenia ich mć pani bracią naszą przyiąć raczyła,
y dostatecznie mieć dawszy, we wszystkim tak się
miłościwie y łaskawie ku nam nasze y ku potrzebam
wielkiego Xięstwa Litewskiego zachować raczyła, iako-
by się mey miłościwey rzeczy y dostatecznie opatrzy-
mi wolnością naszych odwaszey krolewskiey mści
pożnanskiey wszelakim porządkiem y wiarą swą
waszey krolewskiey mści zasługowali. A zatym żeby
ią mą waszey krolewskiey mści dobrego y długiego
zdrowia, y na wszem szczęśliwego krolowania, szczęś-
liwym porządkiem służbą naszych, tuszą wa-
szey krolewskiey mści zasługami. Dan we Mszy bo-
lowic dnia 3. Junij Anno dni 1576
Waszey krolewskiey mści

ku służbam gotowi y vbodzy

Mikolaj Laz Biskup
kyowski ręką swą

Myk. Radz. woiew:
Vil. ręką swą.

Dominik Laz castel:
lan Smolenski ręką swą

Laurus Lacius castel:
lanus Vitepscen ręką swą

propria

Z innej Radzi. stanuj y Rządzstwo W. X. L.

Exemplum litterarum ab
iisdem ordinibus et stati-
bus Lituanicis, ad status
et ordines Regni Poloniæ per
eosdem interruntios datarū.

Jch mżj Panom Radam y Rżędzerstwu Corony Polskiey
Panom á bracżyey mam miley á łaskawey

Miłosżdżyni Panowie Radży Koronne
Bracżia mam mili y łaskawi
Ja łoszcie v. mż do nas tych gasson, ktb mż Wielmogrego
Pana Jana z Bogusławiz Woiewodi Leg:głuego, Pana
Stanisława Karsznickiego Podskdka Sżyrazkiego, á Pana Ar-
nolfa Eliborwiza Chorążego Drohiczkiego przżysłaci, y mi-
łore rzeczy przez ich mż rzkazac ràczyli. Tedy in łosmij te-
mm wżytkuemm, z ich mżci wżyrozumiwszy, mss przez ich mżci
v mnjmm odpowiedzieli, tak iesżcze sberzey y dostatecznieyse
w sżytkich sprawach R: P. y potrzebach mssych mmoui-
wszy sży, vżyłszmy ich mżci panow y bracżey naszey. Z stro-
ny Radwnskiego xstwa Litewskiego, Jasnie wielmo-
żnych y Vrodzonych panow, Pana Jana Chodkiewicza Gra-
bie na Szkłowie y Mysży, Pana Wileńskiego, Starosty Zmoch-
skiego, Marszałka Nawiższego Woiewodztwa xstwa Litewskie,
Administratora y Hetmana Ziemi Inflandzkiey, Starosty Ko-
wieńskiego y Dzisznieńskiego, Pana Ostafiewicza Wołowicza, Pana
Trockiego, Lodzimierskiego woiewodztwa xstwa Litewskie,
Starosty Brzeskiego y Kobryńskiego, Pana Gabriela Hornosta-
ia woiewody y Starosty Mińskiego y Kamienieckiego, Pa-
na Jana Eliaszowicza Castellana Mińskiego, Starosty Ra-
dosławskiego y Omiłżdżyńskiego, Pana Krzysztofa Radżywiła,
Podczaskiego y Hetmana Polnego woiewodztwa xstwa Litew:
Starosty Solskiego y Zasmorskiego, Pana Jana Kiszki, Krzy-
żego woiewodztwa x. Lit: Pana Mikołaia Daroszostrzyskiego,
Stolnika woiewodztwa xstwa Litewskiego, Starosty Wołkowi-
skiego, Serezorskiego y Wiłomirskiego Cżyżuna Gordzinskie,
Pana Lawryna Woyny Podskarbiego Dworzego y Lissaya

Wielkiego xięstwa Litewskiego Starosty Lipskiego y Obi-
zkiego. Pana Alexandra Chodkiewicza Starosti Grodzień-
skiego y Mozyrskiego. A z poyrzodku Rządzcow
y posłow ziemskich. Z woiewodztwa Wileńskiego, Książą
Janusza Zwierskiego Marszałka Dworzanyi Mozyrskiego
Pana Jana Latuskiego Marszałka Dworzanyi Nowogrodzkie,
á Książą Jakuba Zwierskiego. Z woiewodztwa Troyskie
Książą Zuskasza Zwierskiego Marszałka, Cześnika Bie-
rzeńskiego, Pana woyskiego Podskarbiego Litewskiego Od-
mieńskiego Grodzieńskiego, á Pana Dworzanyi Chri-
stoforowicza Hrehorowicza Kanclerza Litewskiego.
Z Ziemi Smoyskiey, Pana woyskiego Birżańskiego Sta-
rosty Smoyskiego Cześnika Szawelskiego, á Pana
Jerzego woyna ta. Z Woiewodztwa Kyiowskiego Pana Ja-
na Kopota Starosty Owruckiego, á Pana Romana
Pana Kopota Starosty Drysieńskiego, á Pana Romana
Nielskiego. Z woiewodztwa Nowogrodzkiego Pana
Hieronyma Chodkiewicza Starosty Oszmiańskiego, Pana
Michała Sokołowskiego Starosty Słonimskiego, Pana
Tomasza Wołłowicza Podskarbiego Litewskiego, Pana
Bohusza Owsianego, Pana Andrzeia Hołuba, á Pa-
na Naszyla Zienkowicza Cześnika Lipskiego. Z Woie-
wodztwa Witebskiego Pana Mikołaia Sapiehy. Z Wo-
iewodztwa Brzeskiego, Pana Naszyla Fiedorowicza
Chorążego Lipskiego, Pana Hrehora Woyny, á Pana
Maximiliana Czaplicy. Z Woiewodztwa Mińskiego
Pana Sremiszewa Sołoboda Podkomorzego Mińskiego,
Pana Marcyana Wołodkowicza Starzego Mińskiego,
á Pana Naszyla Czapliczego: ktorzy do iego Krol-
wskiey mści od nas iadą. A życzemy tego zgo-
dzono ku V. mścim odnosząc: iż gdy V. mść z insymi
tym potrzebam naszym wyrozumiwszy bendą narzyli, bra-
terskie V. mść za damy y powinnemy tego, że V. mść insi
mści

mżj Synthiwic wjs hic barssy we wssytskim inko kobygam a bra-
żeij swoij j nasseij wirze dag bende raczyli. A za tym sżi
lskawcij brateriskuij mżj V. mżj życzliwamij. Dat we Mssży-
bobowie dnia 3. Junij Anno Dñi 1576

V. mżj

bracia j przyiaciele zyczliwi

Mikolay Laz Biskup
Kijowski ręką swą.

Miko. Radz. Woie.
Vitebs. ręką swą

Dominik Laz Castellá
Smoleński ręką swą

Pawel Laz castellá
Vitepski ręką swą.

Jnne Radj, Stanj j Rijzerstwo Wiel. X. Lite.

Iuramenti, à Regia Mte circa inauguration em sui Cracouiæ præstiti, ad postulationem Ordinum magni Ducatus Lituaniæ iteratio.

Ha: Stephanus, dei gratia, Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ, &c
Significamus præsentibus litteris Mis quorum interest vniuersis et sin-
gulis, præsentibus et futuris, harum notitiam habitnris, Qm diui-
na volmtate ad gnbernacula comitis Reipnb: Regni Poloniæ et
magni Ducatus Lithuaniæ vocati, Cracouiæ, more institutoq3 Christia-
norum Regum ac istius Reipnb: Coronaremur, factum est, vt illi Co-
ronationi nræ non adesscnt Senatores, officiales, ac Nuncij Nobi-
litatis magni Ducatus Lithuaniæ, propterea, quod quaedã variationes
tentiarum sub Comitia Regalia, ac Legationem, ad inuitandum ad
Regnum, mittendã orta, nondum ad concordiã deducta fuisset. Dein-
ceps vero, celebratus est ab Ordinibus magni Ducatus Lithuaniæ Con-
uentus in oppido Mszybohow: Ad quem Conventum missi fuerãt
à nobis Magnificus Joannes Sirakowski à Bogusławice Palati-

mis Lancicien) et Generosi Stanislaus Karsniczki Subiudex Sradien) et Arnolphus Heleboricz Vexillifer Drohicien) hortandi illorum ad concordiam causa, in quo pro suo erga nos singulari studio, et erga Reipublicæ benevolentia eò deuenerunt, vt sublata prorsus illa pristina sententiarum varietate, de nullius alterius Regis, ac eiusdem magnifici Ducis maiestate, quæ nra, agnoscenda et colenda sancirent, eiusq; rei declarandæ ac postulatorum, quæ ad suffragiorum eius gentis, ius et libertates ac immunitates cæteras tuendas pertinerent, deferendorum causa, Nuncios suos ad nos Warschoviam mitterent, vezt Illrem et Magnos Comitem, Barones ac Generosos Nobiles, Joannem Hodkiewicz Comitem in Skolow et Mysz, Castellanum Vilnensem, Capitaneum Generalem Samogitiæ, Marschalcum supra'mum magni Ducatus Lithuaniæ, Administratorem et Præfectum Ciercetum Livoniæ, capitaneum Cauensem, Semtarium Telssowen - Eustachium Wolowicz Castellanum Trocensem, Vicecomitellorum magni Ducatus Lithuaniæ, Brzestensem, Cobrynensem Kaczianowen q3 Capitaneum, Gabrielem Hornostaj, Palatinum ac Capitaneum Mi - scensem Semitarium Camenecensem, Joannem Heleboricz Castellanum Miscensem Semitarium Oszytensem, Christophorum Radziwil Pocillatorem magni Ducatus Lithuaniæ, qui tamen propter aduersa valetudinem venire huc ad nos non poterat Joannem Kiszka Inciforem magni Ducatus Lithuaniæ, Nicolaum Olechnowicz Dorhostauski Capitaneum magni Ducatus Lithuaniæ, Capitaneum Wolkowiscensem, Semitarium Wielonen, Secretarium Sessowen, Præfectum Gondingensē, Laurentium Wojna, Thesaurarium Curiæ, Notariumq3 magni Ducatus Lithuaniæ, Capitaneum Pinscensem Semitarium Olitensem Guagowen q3 Alexandrum Chodkiewicz Grodnen, Mohilowen q3 Capitaneum, Starinscenq3 Semitarium. Ex Ordine vero Equestri et Nuncior terrestrium ex omnibus Palatinatibus et Districtibus magni Ducatus Lithuaniæ, vezt ex Palatinatu Vilnen, Ducem Joannem Swirski, Marschalcum Semitorium Mozischagolense Joannem Palnski Marschalcum et Semitarium Nemenciensem, Ducem Jacobum Swirski Ex Palatinatu Trocensi, Ducem Lucæ Swirski Marschalcum, Præfectum Berstanensem, Albertum Drzewialtowski Succamerarium Cauunensem Secretarium num Joannem Kliukowski, Burgrabium Grodnensem, et Valentinum Kamieński. Ex terra Samogitiæ Albertum Bielewicz Præfectum Sondawen, et Geor-

gium

Voinath. Ex Palatinatu Polocensi, Joannem Lopoth Capitaneum Dryssen
et Romanum Newelski. Ex Palatinatu Nowogrodensi, Hyeronimum Pryxta
Vexilliferum Wolkowicen. Michaelem Sokolowski Judicem terrestrem Sto-
minensem, Leonardum Wzlowski, Subiudicem wolkowiscensem Bohuss ovsiany,
Andream Holub et Basilium Zienkowicz Cielynski. Ex Palatinatu
Vitepscensi, Nicolaum Sapiha, Ex Palatinatu Brzesten Basilium Fie-
dryczko Vexilliferum Pinscensem Gregorium Wima, et Maximilianum Gapla
Ex Palatinatu Minscensi, Stanislaum Solosub, Succameranum Minscen
Martinum wolodkowicz Judicem terrestrem Minscensem, et Basilium Gapin-
sky. Per quos gradum Nuncios requisiti summus, vt praesentibus ys Nuncijs
hic Warschouiae Juramentum, quod Regno Poloniae et magno Ducatui Lit-
uaniae Cracouiae praestitimus, iteraremus, promittentes suo ac Ordinum magni
Ducatus Lithuaniae nominibus, post id praestitum, illos itidem nobis iuratos,
et subiectionem constantem tanquam fideles subditos praestituros. Hoc
primum et ante omnia testati et professi, quod id non postcerent, vt vel
Electionem et Coronationem nram in dubium vocarent, vel vt hanc con-
suetudinem iterandi magni, Ducatus Lithuaniae Ordinibus, Juramenti à Regi-
bus, indeq; magnis Ducibus Lituaniae, ab vtraq; natione, scil. Polona et
Lituana comuniter, prout de iure est, Electis, indulgerent, vel vnionis Pri-
uilegium cedi vellent, cuius vinculum sacrosanctum et indissolubile
perpetuis temporibus esse deberet, sed prospicuntes, vt ius et libertas suf-
fragiorum, illis cum Regni Poloniae Senatoribus Officialibus, ac Nobili-
tate comunis, eodem iure integra saluaq; maneat, et unquam minuatur. De
qua libertate in ipso Priuilegio vnionis cautum sit, quod vcl non separa-
tim à solis Polonis vel item Lituanis Rex Poloniae, et idem magnus Dux
Lituaniae creari debeat, sed simul comunibus vt in Priuilegio vnionis scri-
ptum est, vocibus et suffragiis. Proinde nullum in Regno Poloniae et ma-
gno Ducatu Lituaniae imperare posse, vel etiam potuisse ex praescripto
Priuilegii vnionis, nisi requisito legitime ac de iure accedente, vtriusq; natio-
nis proprio consensu, quemadmodum etiam in reliquis Regni Comentibus,
nihil statui posse, quo vtraq; natio teneatur et obligetur, non adhoca-
ta aut non consentiente vtraq; natione, iuxta continentiam Iurarum vnionis.
Praeterea vero se postere id testabantur, considerantes, quod cum Lithuus
et officia magni Ducatus Lituaniae integra debeant manere, idcircoq; in
Electione et Coronatione electus promulgari et publicari debeat Rex
Poloniae, et idem magnus Dux Lituaniae, et circa Coronationem REX

de more iuret in leges et libertates, nemo non modo officialiū, verū et senatorum, ac Nuncioꝝ terrestriū magni Ducatus Lithuaniæ, circa Juramentum nostrum, vel etiam publicationem et promulgationem tituli et Regiminis nři p̄sens fuerit. Quibusquidem omnibus diligenter perpensis et examinatis, ac cum satis constaret, nihil nos hac in parte contra dignitatem mām vel diuinū præceptum de Jureiurandi sanctitate non vulgata facturos, quod faceremus, propter concordiā et salutem populorū nobis subiectorum conseruandam, quo suma munere Regij spectat, tū etiam propter rōnes suprascriptas Nuncioꝝ Lithuaniæ, cōgs modo conditionibus ac cautionibus, quæ supra continentur reseruatis, Juramentum Ordinibus Regni Poloniæ ac magni Ducatus Lithuaniæ Warschoviæ, præsentibus magni Ducatus Lituaniæ legatis suprascriptis præter senatores, officiales ac Nobiles Regni plurimos de consensu ac consilio Senatorum Regni Poloniæ qui nobis aderant, verbis ijsdem conceptis, quibus Cracoviæ iterauimus, quod quidem tale est.

Ego STEPHANVS Dei gra Rex Poloniæ, magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ qꝫ ꝛc. Necnon Princeps Transylvaniæ. Spondeo et sancte uro Deo omnipotenti, ad hæc sancta Jesu Christi Euangelia, quod omnia iura, libertates, immunitates, priuilegia, publica et priuata, uni communi utriusq; gentis et libertatibus non contraria Ecclesiasticas et seculares, Ecclesijs, Principibus, Baronibus, Nobilibus, Ciuibus, incolis, et quibus libet personis cuiuscunq; status et conditionis existentibus, per Dnos prædecessores meos Reges et quoscunq; Principes Dominos Regni Poloniæ et magni Ducatus Lituaniæ, præsertim vero Casimirum antiquum, Ludouicum Hungariæ, Vladislaum secundum Jagellonem ductum, fratremq; Vitoldum magnum Ducem Lithuaniæ, Vladislaum tertium Jagellonis filium, Casimirum tertium Jagellonidem, Joannem, Albertum, Alexandrum, Sigismundum Primum, Sigismundum secundum, Augustum et Henricum Reges Poloniæ, et magnos Duces Lituaniæ, iuste et legitime datas, concessas emanatas et donatas, ab omnibusq; Ordinibus gentis utriusq; tempore Interregni statutas atq; sanctas, mihi oblatas, Necnon pacta Conuentaq; Oratorum meorum, nomine meo cum Ordinibus, manutenebo, obseruabo, custodiā, tuebor et adimplebo in omnibus conditionibus, articulis et punctis in ijsdem expressis. Pacemq; et tranquilitatem inter dissidentes de religione, tuebor, manutenebo, nec ullo modo vel Jurisditione mea, vel officiorum nostrorum

et statum quorumuis autoritate, quemq3 affici opprimiq3 causa religionis permittam, nec ipse afficiam nec opprimam, omnia illicita a Regno, magnoq3 Ducatu Lituaniæ, et Dominijs eorundem quocunq3 modo alienata, vel bello vel alio quouis modo distracta ad proprietatem eiusdem Regni Poloniæ et magni Ducatus Lituaniæ aggregabo, Terminosq3 Regni et magni Ducatus Lituaniæ non minuam sed defendam et dilatabo. Justitiam omnibus incolis Regni et magni Ducatus Lituaniæ omnimq3 dominorum, mixta iura publica in omnibus dominijs constituta, absq3 omnibus dilationibus et prorogationibus administrabo, nullo quorumuis respectu habito. Et si quod absit, in aliquibus Juramentum meum violauero, nullam inibi incolæ Regni et magni Ducatus Lituaniæ, omnimq3 dominorum vniuscuiusq3 gentis obedientiam præstare debebunt. Imo ipso facto eos ab omni obedientia et fide Regi et magno Duci Lituaniæ debita, liberos facio. Absolutionem nullam ab hoc meo iuramento a quoquam petam, nec vltro oblatam suscipiam. Sic me Deus adiuuet. Quoquidem Juramento, huic quæ suprascripta sunt verbis, à nobis præstito, præducti magni Ducatus Lituaniæ Nuncij nobis itidem suo ac totius magni Ducatus Lituaniæ, Statuumq3 eiusdem Ducatus vigore mandatorum Juramentum fidelitatis et obedientiæ tanquam Regi eidemq3 magno Duci ac Domino suo præstiterunt. In quorum omnium fidem et testimonium, præsentes literas nostras dari et obsignari mandauimus, ac eas manu nostra propria subscripsimus. Datæ Warschouiæ xxix die mensis Junij Anno domini, M. D. LXXXVI° Regni nostri Anno primo. Præsentibus, præter Nuncios magni Ducatus Lituaniæ, quorum nomina suprema sunt descripta, Rdo et Rndis in Christo patribus Dominis Jacobo Uchański Archiepiscopo Gnesnen Legato nato et Regni nri primate, Stanislao Karnkowski Wladislauien et Pomeranię, Petro Myszkowski Plocensi Episcopis, ac Magnificis et Generosis ac Venerabilibus Petro a Zborow Cracouien et Generali, Joanne Kostka de Stemborek Sandomirien, ac Marienburgensi Pruten Derzkowien q3, Joanne Sirakowski Lanciciens, Stanislao Krzicki de Drohim Masouiæ et Plocen, Dobrzynien q3, Nicolao Kiszka de Czechanowiec Podlachiæ ac Drohicen Bielzen q3, Anselmo Gostomski de Lezenitze Rauen Palatinis, Joanne Comite a Tenczyn Nouimiesten, Succamerario Curiæ nræ, ac Lublinen Sandomirien q3 Joanne de Zborow Gnesnen, ac Odolanowien, Sigismundo Chynowski Belzen, Gregorio Zyrowski Plocen, Zakroczymen et Mscicen si-

Mathia Sawiczki Podlassien. Jacobo Rokossowski Sremen. Curiæ nostræ Thesaurario, Christophoro Łańczkorońsky Malogostien. Joanne Herborth de Fülstin Sanocen. et Premislien. Capitt. Pan= lo Pfialynski Dobrzynien. Simone Szubski Inowlodien. Sandi= uogio Drohiczeński Lubaczowien. Raphaële sladkowsky Conarien terræ Lancicien. Castellanis. Andrea Opalinski archimo Marschal= co, Rohatinen. et Kezynen. Capitt. Petro Dunin Wolski Cancella= rio, Custode Lancicien. Gnesnen. Posnanien. Camerico. Joanne Za= moiski de Zamoscie Vicecancellario Regni nri. Belzen. Kyiow= nien. et Zamchien. capitt. Andrea de Zborow Curiæ mæ Mar= schalco, et Radomien. Capto. Hyeronimo Rozrazewski Ploc. Wratislauien. Præposito, Secretario maiori. Stanislao Osorowsky Curiæ mæ Referendario Cantore Gnesnen. Joanne Ostrorog Re= gni nri Pincerna, Joanne Borukowsky Lancicien. Joanne Jabo= rowsky Sandomirien. Præpositis. Laurentio Gosliczki archimo Kiel= cen. Canonicis Cracouien. et Secretarijs mris. Gaspare Mac[illegible]ow= ski, stabuli mri præfecto, Stanislao Radzimińsky Lucen. et Cam= nicen. Stanislao Koriatowski Latowicen. Capitaneis, et aliis qua= plurimis dignitarys et officialibus nris sincere et fidelibus di= lectis. Datæ per manus Magnifici Joannis Zamoiski, Regni Po= loniæ Vicecancellarij, Belzen. Kyiowien. Zamchien. Capitt. sincere nobis dilecti.

Stephanus Rex

Litteræ Ordinibus Magni Ducatus Lituaniæ à Regia mte datæ, de seruandis nonnullis articulis, a bipsis Regiæ mti propositis.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ, &c. Significamus præsentibus litteris nris quorum interest, vniuersis et sin= gulis, præsentibus et futuris, harum notitiam habituris. Cum ab Ordinibus magni Ducatus Lituaniæ, habitus esset Conuentus in Oppido Mscibow. In eoqs Conuentu Ordines magni Ducatus Lithuaniæ, pro suo singulari erga nos studio, et ea gnam de nobis

conceperit opinione, Tum etiam pro sua singulari erga Rempub: beneuole:
tia, sententiarum varietatem quæ in Comitijs Electionis exorta erat, sustul:
sent, Miserunt ad nos Nuncios suos Warschoviam, vidz Illustrem, et
Magnificos, Barones ac Generosos, Nobiles, Joannem Chodkiewicz Comi:
tem in Szklow et Mysz Castellanum Vilnensem, Capitaneum Generale
Samogitiæ, Marschalcum supremum magni Ducatus Lithuaniæ, Administra:
torem et Præfectum Exercitum Luonicæ, Capitaneum Caunensem, Tenu:
tarium Telszouien, Eustachium Wolowicz, Castellanum Trocensem, Vice:
cancellarium magni Ducatus Lithuaniæ, Brestensem Cobrinensem Rectia:
sinensem Capitaneum, Gabrielem Hornostai, Palatinum et Capitaneum
Minscensem, Tenutarium Camenecen, Joannem Hlebowicz Castellanum
Minscensem, Tenutarium Omytensem Radoskouiensemq3, Christophorum
Radzivil, Pocillatorem magni Ducatus Lithuaniæ, qui tamen propter
aduersam valetudinem aduenire huc ad nos non poterat, Joannem Ki:
szka, Inciforem magni Ducatus Lithuaniæ, Nicolaum Olechnowicz, Dor:
hostaiski, Dapiferum magni Ducatus Lithuaniæ, Capitaneum Wolkouisien,
Tenutarium Vielonensem, Seressovien, præfectum Gondinen, Laurentium
Wonna, Thesaurarium Curiæ, Notariumq3 magni Ducatus Lithuaniæ Ca:
pitaneum Pinscensem, Tenutarium Olitensem Quasouiensemq3 Ale:
xandrum Chodkiewicz, Grodnensem, Mohilouiensemq3 Capitaneum
Kamensemq3 Tenutarium. Ex ordine vero Equestri et Nuncio:
rum terrestrium ex omnibus Palatinatibus et Districtibus Magni
Ducatus Lituaniæ, vidz. Ex Palatinatu Vilnensi, Ducem Joannem
Siwrski, Marschalcum, Tenutarium Moischagoliensem, Joannem Palu:
ski, Marschalcum, et Tenutarium Nemonoicensem, Ducem Jacobum Siwir:
ski. Ex Palatinatu Trocensi, Ducem Lucam Siwirski Marschalcum,
Præfectum Berzanensem, Albertum Dzierwiattowski, Succamerarium Ca:
uinensem, Joannem Klinkowski, Burgrabium Grodnensem, et Valentinum
Kamienski. Ex terra Samogitiæ, Albertum Bielewicz, Præfectum
Sowdowien, et Georgium Woynat. Ex Palatinatu Polocensi, Joannem
Lopoth, Capitaneum Drysnensem, et Romanum Newelski. Ex Palatina:
tu Nowogroden, Hieronimum Fryta, Vexillifer Wolkouisceu, Michae:
lem Sokolowski, Judicem terræ Slonimensem, Leonardum Wlonski, Sub:
iudicem Wolkouicensem, Bohusz Orssany, Andream Holub, et Basilium
Zuńkowicz, Cichinski. Ex Palatinatu Witebscensi, Nicolaum Sa:
piha, Ex Palatinatu Brzestensi, Bazilium Fiedrisko Vexillifer

Pinscensem, Gregorium Woma, et Maximilianum Czapla, Ex Palatina. tu Minscensi, Stanislaum Scholub, Succamerariu Minscensem, Martinum Wolodkowicz, Judicem terre Minscensem, et Basilm Gapinski. Qui quidem Nuntij ad nos missi fuerant, tum cius rei gre exponis est expressa declarandę, tum postulatorum ciis nationis ad nos deferendorum causa, Ex quibus postulatis praeter cętera, de quibus consultationem in aliud tempus differendam esse putauimus, hac isto tempore de consilio et consensu Senatorum Regni mri, qui nobis adeunt admittend esse censuimus. Primum vero. Quod in Articulis in Electione Henrici Regis lat, cautum est, vt ex ordine Senatorio tu Regni Polonię, quam magni Ducatus Lithuaniæ comuni consensu, eligentur sedecim Senatores in quibuslibet Conuentibus Regni Generalibus, qui in Curia mra ad prefinitum tempus maneant. Deligantur vero eo ordine, quo in Senatu habent. Cui quidem ordinationi vt satisfiat, propter minorem Lithuanicorum Senatorum numerum quia sit numerus Senatorum Polonorum, finito numero Senatorum Lithuanicorum, demo à primis Senatoribus Lithuaniæ, iterum delegationem necessario esse ordiendam, et si nondum in illis delegationibus faciendam ad finem Senatorum Polonorum peruenietur, ita tamen, vt etiam postremi Senatores Polonici, propterea in illa delegone no negligantur, Deinde vero, cum Prescriptiones in Interregnis locum non habeant, prout etiam in Conuentu Coronationis nrę declaratum est, nec in magno Ducatu quoq3 Lithuaniæ Prescriones, quæ ante mortem Diui Sigismundi Augusti Regis complete non fuissent, locum habere posse, tam rone agendi et experiendi in Judicio, actiones q3 prosequendi, quam perpetuitatem, coram actis terribus recognoscendarum. Tertio, quod cum variatio suffragiarum in Comitiis Electionis fuisset, vt nemini noceat, ex hys qui ab initio nobis suum suffragium non contulissent, nec in Electionem mram consensissent Ita vt nec ipsis hoc nomine succensere, nec in illos vllas penas in Conuentu Andrzeiouien ab Ordinibus Poloniæ sanctas, possemus extendere, nec eos ab honoribus et dignitatibus arcere, sed eandem prorsus illorum rationem, quam nrorum priorum suffragatorq3 habere debeamus. Quarto vtsi quæ bona sint in Magno Ducatu Lithuaniæ, quæ ad Regimalem Mtem iure ipsius, quod prætendit possint pertimere, ea ex cessione ipsius Regimalis Mtis magno Ducatui Lithuaniæ cedant. Quinto et postremo vt interdicamus atq3 prohibeamus vt ziq3

Cancellariæ Regni mri, ne ad Palatinatus magni Ducatus Lithuaniæ, ex
quibus missi Nuncij nomine magni Ducatus Lithuaniæ Lublini vnionem co-
clnserunt lras ædant, Quæ quidem hæc possint spectare ad tuenda
Jurisditionem Lithuanicam, in ysdem Palatinatibus, ac etiam dignita-
zijs et officialibus cæteris Regni, vel eius Palatinatuum, nominatim
aut Capitaneis, ne in eam se inferant, vel in causis ad se delatis per
aliquorum Euocationem ius reddat vel decernat, aut aliquid vigore ipso-
rum officij attentent. Quibus quidem præfatorum Nunciorum magni Duca-
tus Lithuaniæ petitionibus de Consilio et consensu præfatorum Consilia-
riorum Regni animendum et locum dandum putauimus; annuimusq3 præse-
tibus ac eas approbamus, et confirmamus, quo ad earum approbationē
per nos ipsos sine Judicio omnium Ordinum comunis Reipublicæ facere posse-
mus. Easq3 vt præfertur seruare, præstare, ac explere, tenere polli-
cemur, et promittimus. In quorum omnium fidem et testimoniu, præ-
sentes lras mras dari et obsignari mandauimus, ac eas manu nra pro-
pria subscripsimus. Datæ Warschouiæ vigesima nona die Junij, Anno
domini Millesimo, quingentesimo Septuagesimo Sexto, Regni nri anno Primo.
Præsentibus, præter Nuncios magni Ducatus Lituaniæ, quorum nomina su-
pernis sunt descripta, R^mo et R^dis in Chro patribus Dominis, Ja-
cobo Vchański Archiepiscopo Gnesnen. Legato nato, et Regni nri primate,
Stanislao Karnkowski Wladislauien et Pomeraniæ, Petro Myszkow-
sky Plocen. Episcopis, ac Magnicis et Generosis, ac Venerabilibus,
Petro à Zborow. Cracouien, et Generali, Joanne Kostka de Stemberk
Sandomirien, et Marumbergen. Ducen. Derfouien, Joanne Sirakow-
sky, Lenicien, Stanislao Kiski de Drobin, Masouiæ, et Plocen. Dobrzy-
nen, Nicolao Kiska de Ciechanowiec, Podlachiæ, ac Drohicen.
Bielscen, Anzelmo Gostomski, de Lubmże, Rauen. Palatinis, Jo-
anne, Comite a Thenczyn, Woinicien. Sntcamerario Curiæ nræ, ac Lu-
blinen. Parchouien, Joanne de Zborow, Gnesnen. ac Odolano-
uien. Capitaneis, Sigismundo Czyzowski Belsen. Gregorio Zichen-
sky, Ploren. Zakrocimen. et Mlauen. Matthia Sawicki, Podlassen.
Jacobo Rokossowski Sremen. Curiæ nræ Thesaurario, Christophoro Lan-
koronski, Malogoscen. Joanne Herbort de Fulstin. Sanocen. Przemi-
slien. Capitaneis, Pauło Zalynsky, Dobrzynen. Simone Sulski Znoyle-
den. Sandiuogio Drohoiewski Lubacouien. Raphaële Sladkowsky
Conarum terræ Lancicien. Castellanis, Andrea Opalinski, Supremo Mar-
schalco, Rohatinen. et Kzienen. Capitaneis, Petro Duim Wolski Can-
cellario, Custode Lancicien. Gnesnen. Posnanien. Canonicis, Joanne

Famoski, de Famoscie, Vicecancellario Regni nri, Belsen. Knyszyneñ et Famechen. Andrea de Zboron Curiæ nræ Marschalco, et Radomien. Capitaneis, Hieronimo Rozrazewski Ploceñ. Wratislauien. Præposito, Secretaris maiori, Stanislao Osiowski, Curiæ nræ Referendario, Cantore Gnesnen. Joanne Ostrorog Regni nostri Pincerna, Joanne Borukowski Lancicien. Joanne Zaborowski Sandomirien. Præpositis, Laurentio Goslicki, Decano Kielcense, Canonicis Cracovien. et Secretarijs nris. Casparo Maciejowski, stabuli nri Præfecto, Stanislao Radziminski Lucien. et Camerarien. Stanislao Karnkowski Zatorien. Capitaneis, Et alijs quam plurimis dignitarijs et officialibus nris, Syncere et fid. dilectis. Datum per manus Magnifici Joannis Famoscij Regni Poloniæ Vicecancellarij, Belsen. Knyszyneñ et Famechen. Capitanei, syncere nobis dilecti.

Stephanus Rex, manu propria.

Litteræ iisdem Ordinibus Lit. datæ, quibus nonnulla eorum postulata, ad proxime celebranda generalia Regni Comicia, differuntur.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ Russiæ &c. Significamus præsentibus literis nostris, quorum interest vniuersis et singulis, harum notitiam habituris. Cum ab Ordinibus Magni Ducatus Lithuaniæ habitus esset Conuentus in Oppido Mscziborz. In cuius Conuentu Ordines Magni Ducatus Lithuaniæ, pro suo singulari erga nos studio, et ea quam de nobis conceperat opinione, Tum etiam pro sua erga Rempub. singulari benevolentia sententiarum varietatem, quæ in Comitys Electionis exorta erat, sustulissent, Miserunt ad nos Nuncios suos Warschoviam, tum eius rei declarandæ, tum postulatorum eius nationis ad nos deferendorum causa, Ex quibus postulatis hæc fuerunt, quæ non ad nos solum, sed ad omnes etiam Status pertineret Nec non nisi in Comitys Generalibus decidi et determinari possint Ne Mtas Regia in auxilijs Magno Ducatui Lithuaniæ præstandis Exercitui aliquem Polonum vel extraneum præficiat, sed Milites, quicunque in Lithuania submittuntur, sub Præfecti generalis Lithuani imperio sint. Ordinationes bellicæ ad iniuriam incolarum Magni Ducatus Lithuaniæ

non statuuntur. Miles præsidiarius artium finitimorum possessionatis in Magno Ducatu Lithuaniæ comitatur, qui iuramentum faciat et Regno et Magno Ducatui Lituaniæ. Comentus in Polonia et Lithuania alternatim fiant, ubi in Lithuania celebrabitur, primum Lithuanica iudicia, iuxta Statuta Lithuanica, et quando in Polonia, Polonica, iuxta Statuta Polonica expectantur. Celebrandis Comentibus loca assignentur, una vice Petricouiæ, altera Vilnæ, siue Warschouiæ, et Grodnę, aut Lublini et Brestę. Diminutio virium Lithuanicarum æquali potentia compensetur, vt certam habeant defensionem Lithuani, ne illis opus sit ingruente necessitate ad Polonos confugere. Titulus solitus illis scribatur, vzt, Senatui et Ordinibus Magni Ducatus Lithuaniæ, Castellani in vistructibus iuridicis constituantur in locum Marschalcorum, exemplo primorum Castellanorum in Polonia. Moneta quæ in Polonia cudetur, in Lithuania quoq3 cudatur, antiqua in eodem pondere et æstimatione permaneat in Polonia et Lithuania. Thelonea quæ tuta et terrestria, quæ antea ad Thesaurum Regni non pertinebant, et nec erant vnquam, ne exigantur, ne dergetur in eo Thesauro et nationi Lithuaniæ. Locus et potestas dicendæ sententiæ in Senatu Duci Slucen assignetur, iuxta veterem consuetudinem, et Sigismundi Augusti Regis declarationem, Duces seu Kniazi, secundum antiquam consuetudinem loca sua antiquitus consueta habeant. Media pars tormentorum Cyrocinium deuecta, Magno Ducatui Lithuaniæ restituatur. Quæ quidem postulata præfatos Nuncios ad nos fideliter detulisse, et eorum confirmationem flagitasse testamur. Sed cum vt supra scriptum est, eorum contenta non ad nos tantum, sed ad omnes Ordines pertinerent, Nihil de his statuendum putauimus, sed saluo Priuilegio Unionis, ac iure publico, illis de consensu et consilio Senatorum Regni, qui nobis aderant permisimus, vt ea in Comitiis Generali proxime indicendo et celebrando proponerent. De quibus etiam et nos ad Ordines Poloniæ, saluo itidem prædicto Priuilegio Unionis, ac iure publico manente referemus, et eas rationes ex communi consensu vtriusq3 gentis ac pro debito nre gnæ remus, quibus negotia hæc ex vtilitate communis Reipub: definientur. In quorum omnium fidem et testimonium Sigillum nrum præsentibus est subappensum. Datum Warschoniæ die xxix mensis Junij, Anno domini M.D.LXXXVI° Regni vero nostri Anno Primo.

Stephanus Rex. Mpp.

Litterarum Martini Fidek Ciuis Knischinen confirmatio

